
2761



P. Ouidij Nasonis metamorphoseos

libri moralizati cum pulcherrimis fabularum principalium figuris.

Bibliotheca Patrum Clericorum Regularium S. Cayetani Matriti.

Ouidij quidecim metamorpho-

seos libri: cū ipsius poete vita ex eius operib⁹ diligentissime collecta: familiaribusq; commētarijs: et rerum verborumq; cognitu dignissimorum alphabetico indice: ac etiam cum preclarissimis doctissimi eloquentissimiq; viri Lactātij firmiani cocli in singulas fabulas argumentis: vt vno intuitu poete sententia pateat suis locis inseritis: necnon et tropologica nonnullarum fabularum enarratione per reuerēdum patrem magistrum Petrum lauinium philosophum poetam ac theologum diuini quoq; verbi declamatorem celeberrimum ordinis predicatorum adiecta.

Eiusdem in metamorphosin distichon.

Que veteres numeris celebrant figmenta poete

Hec tibi pelignum carmine prebet opus.



Venundantur Lugduni a probo viro Jacobo huguetan in vico mercuriali commorantj.

Este libro es de Alº Paxe Boelo Rioja

Ouidius naso Sulmoni que vrbs est in pelignis vt ipse quoq; scribit ex equestri Nasonum familia minerue Quinquatrijs natus est. xiij. kalendas Apriles Hirtio & Pansa consulibus: qui bello Antoniano apud Mutinam in pugna ceciderunt. Cum fratre natu maiore quem & illo studio delectaretur: legibus quidem incumbere cepit. Sed cum pater vita functus esset: ad humaniores musas rediit: celeberrimoq; illorum temporum poetas sibi conciliauit Emilium Macrum Veronensem: qui de herbis diligentissime scripsit: ponticum Thebaida composuit. Propertium elegiarum. Baccum iambor um scriptorem et Horatium Flaccum. Vxores tris duxit. quarum duas repudiauit. cum tertia coniunctissime vixit: ex qua duas etiam filias suscepit. Cum vero ad Juliam Augusti filiam sub corynne nomine lasciuas de amoribus elegias scripsisse deprehensus foret. in exilium annos quinquaginta natus ab Augusto ipso fuit electus in pontumq; relegatus. Vbi cum nouem annos tristissime exegisset: vita functus Tomis. vt Eusebius in cronicis scribit: fuit sepultus. Tametsi autem et ipse alia quedam iactat tegendi criminis gratia: & plerisq; aliter putant: illam tum quasi dixi fuisse exilij causam ex his Sido. poeta lepidissimis versibus aperte demonstratur.

Et te carmina per libidinosa
Notum naso tenet Tomosq; missum
Quondam cesaree nimis puelle.

Operaoui diana.

Falso nomine subditum Corynne.

¶ Multa nobis fecunditatis ingenij sui monumenta reliquit partim in exilio. partim Rome conscripta. Nam in exilio et de Tristibus: & De ponto: & in Ybim: & de morte Drusi ad Liuie consolationem: et duodecim fastorum libros: quorum sex tantum extant: quos nuper omnes inuenti ferantur. et Germanici triumphum composuit. De piscib? opusculum inchoatum reliquit. Amorum vo quos exularet: ita arte amadi emiserat. Amoris remedium: fuos amores ad Corynnam. Amatorias Heroidum epistolas Medeam tragediam: que vt scribit Fabius Quintilianus ostendere videt: quantum vir ille prestare potuerit: si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset. Metamorphosin: quam subita relegatione perturbatus emendare non potuit: id quod ipse his carminibus perspicue testatum reliquit.

Orba parente suo quicunq; volumina tangis.
His saltem vestra detur in vrbe locus.
Quodq; magis faueas: non sunt hec edita ab illo.

Titulus operis.

Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quidquid in his igitur vitij rude carmen habebit.
Emendaturus: si licuisset: eram.

¶ Metamorphosis ait: vt aliquid de operis quoq; inscriptione dicamus: trāsformatio: transfiguratioq; interpretari pōt. Quāuis enim & alia cognitu perquā iucūda hoc in opere narrent: illo tñ omnia tēdunt: vt quecunq; metamorphoseis explicent: cōcinne aptecq; copulent. Carmine autē Heroico metamorphosin esse cōscriptā ac in quindecim volumina distinctā cum notius sit: quā vt vlla indigeat admonitiōe: quid quoq; libro contineat: subijciemus: si prius illud testati fuerimus. Ouidium in heroicis id quod notat Quintilianus: idcirco lasciuiorē fuisse: quā vt illius carminis grauitati cōueniat: quod varios: amores quib? plerecq; metamorphoseon fuerunt facte illum sic describere oportuit: vt quanta sit vis illius affectus aperte ostenderetur.

Publij ouidij nasonis vita ex eius operibus collecta:

Publius ouidius naso claris parentibus: ex ordine equestri fuit procreatus: eodem quarto tristium sic scribente. Ouidius. nobili genere natꝰ est.

Si quidꝫ a proauis vsqꝫ est vetus ordinis heres.
Non sum fortune munere factus eques. Quod etiam in ponto confirmauit
Si genus excutias: equites ab origine prima
Vsqꝫ per innumeros inueniemus auos.

¶ Patriam habuit sulmonensem riuis ꝫ fontibus affluentem: ab vrbe per nonaginta milia passuum distantem. ipso dicente in tristibus. Ouidij patria Sulmo

Sulmo mihi patria est: gelidis vberrimus vndis.
Milia qui nouies distat ab vrbe decem. Et in fastis.
Sulmonis gelidi patrie germanice nostre
Me miserum scythico quam procul illa loco est.

¶ Condidit autem ciuitatem ipsam: comes quidam enee nomine solemus. vnde fastorū quarto post. q̄ eneam nominauerat inquit. Sulmōis ciuitatis conditor.

Huius erat solemus phrigia comes vnus ab ida:
A quo sulmonis menia nomen habent.

¶ Regiuncula autem in qua condita fuit pelignum vocabatur: multorum fontium venis scaturiens ideo secundo de amoribus ita cecinit.

Hoc quoꝫ composui peligni natus aquo fis. Et iterum in tristibus.
Me pars sulmo tenet peligni tertia ruris. Et rursus in fine amorum.
Mantua vergilio gaudet: verona catullo.
Peligne gentis gloria dicar ego.

¶ Patrimonium vero eius satis amplum constat extitisse: vt liquide ab eodem in ponto declaratur. Patrimonū ouidij

Non meus amissos animus desiderat agros:
Ruraqꝫ peligni conspicienda solo.

Nec que pomiferis positos in collibus hortos Domus ouidij
Spectat flaminie claudia iuncta vie.

¶ Habuit autem domum non longe a capitolio. vnde primo tristium.

Hanc ego suspiciens ꝫ ab hac capitolia cernens: Frater ouidij.
Que nostro frustra iuncta fuere lari.

¶ Habuit autem fratrem vnicum nomine Lucium: se nimirum etate maiorem septem mensibus procreatum: ꝫ quod mirum est: ambo sub quartodecimo kalendas aprileꝫ secunda die ex quinque festis minerue in lucem: licet annus vnus natiuitatibus interfuisset peruenerunt. vnde quarto tristium. Natalis ouidij

Nec stirps prima fui genito sum fratre creatus:
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer ambobus natalibus affuit idem:
Una celebrata est per duo libra dies.

Hec est armifere de festis quinqꝫ minerue Quo cōsule natus ouidius
Que fieri pugna prima cruenta solet.

¶ Ipse autem ouidius minor natu eo anno ortus est: quo hircius et pansa consules romani in bello mutinensi periere. vnde de tristibus.

Editus hinc ego sum. nec non vt tempora noris. De studio ouidij
Tum cecidit fato consul vterqꝫ pari.

¶ Ætate post modum consentiente grammatice cum frater natu maiore operā dedit ac frater exinde oratorie facultatis studij incumbebat. Ouidius vero natura iubēte furtim ēt poetice maxime adhere bat quod pater rocius cognoscens: illuꝫ a proposito sepissime reuocare coactus est: asserens huiusmodi scientiam nullas opes parare consueuisse. Vnde monitus naso orationem solutam componere tentabat. At se etiā inuito natura magistra clausulas sepissime versu finiebat. Postmodum ab ambobus fratribus sumpta virili toga: Lucius cum vigesimum annum ageret viā vniuerse carnis ingressus est. Ouidius ad poeseos artem natura inclinatus

Que omnia quarto tristium in hunc modum declarantur.

Protinus excolimur teneri curaqꝫ parentis.
Imus ad insignes vrbis ab arte viros.
Frater ad eloquium viridi tendebat ab euo:
Fortia verbosi natus ad arma fori.
At mihi iam puero celestia sacra placebant.
Inꝫ suum furtim musa trahebat opus.
Sepe pater dixit studium quid inutile tentas:
Maeonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis totoꝫ helicone relicto
Scribere conabar verba soluta modis.

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos.
Et quod tentabam dicere:versus erat.
Interea tacito passu labentibus annis:
Liberior fratri sumpta mihi toga est.
Induiturq; humeris cum lato purpura clauo:
Et studium nobis quod fuit ante manet.
Iamq; decem frater vite geminauerat annos
Cum perit:t cepi parte carere mei.

Prima dignitas ouidij.

¶ Primam habuit dignitatē apud triūuiratum:maximas dignitates aspernando :corpus siquidem patiens ad labores cū haberet:ambitionis et sollicitudine minime vexabatur.vnde quarto tristiū.

De contemporaneis poetis ouidij.

Cepimus et tenere primos etatis honores
Deq; viris quondam pars tribus vna fuit:
Curia restabat:clausi mensura coacta est.
Maius erat nostris viribus illud onus.
Nec patiens corpus:nec mens fuit apta labori
Sollicitiq; fugax ambitionis eram.

¶ Cum autē ocia libenter amaret:poetis omnibus illius temporis familiarissime vtebatur.Macro scilicet Propertio.Horatioq; ac etiam Tibullo.Gallo:insuper t Vergilio:quem tantum se vidisse profitetur.vnde subiunxit.

Et petere aonie suadebant tuta sorores
Ocia iudicio semper amata meo.
Temporis illius colui fouiq; poetas
Quotq; aderant vates rebar adesse deos.
Sepe suas volucres legit tam grandior euo
Queq; nocet serpens q̄ iuuet herba macer.
Sepe suos solitus recitare propertius ignes:
Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.
Ponticus heroo:battus quoq; clarus iambis
Dulcia conuictus membra fuere meis
Detinuit nostras numerosus horatius aures.
Cum ferit ausonia carmina culta lyra
Vergilij vidi tantum:nec auara tibullo
Tempus amicitie fata dedere mee.
Successorq; fuit tibi galle propertius:illi
Quartus ab his serie temporis ipse fui.

Macer Propr⁹

Pōticus Battus. Horatius

Vergilius Tibullus. Gallus

Ouidius iudex t coram iudici b⁹ oratoi

¶ Oratoris et officiū iuuēis sepissime apud iudices egit:necnō et iudex fuit ipo dicente tristium scō.

Nec male commissa est nobis fortuna reorum
Vsq; decem decies inspicienda viris.
Res quoq; priuatas statui sine crimine iudex:
Deq; mea passa est pars quoq; vita fide.

Benignitas ouidij

¶ Fuit etiam adeo natura benignus:vt nullum poetarum ante,quinquagesimū annum habuerit detractatorem ipso dicente circa finem quarti tristium.

Mores ouidij

Nec qui detractat presentia liuor iniquus
Ullum de nostris dente momordit opus.

¶ Moribus preterea fuit excultissimis.Nam in primis vini parcissimus: tū etiā detestandum puerorum vitium maxime horrebat:ac penitus omni labe carere videbatur.Nam inquit in ponticis ℔ libus

Non hec in modico contraxi damna lyeo
Scis mihi q̄ pure bene bibantur aque.

Ex secundo de arte.

Uxores ouidij

Odi concubitus qui non vtrinq; resoluunt:
Hoc est cur pueri tangor amore minus.

Ex quarto de ponto

Vita prior vitio caret t fine labe peracta est.

¶ Habuit insup poeta nr̄ pelignus tres vxores:quarū prima citissime caruit.Sc̄az fine th̄ crie repudiauit.Tertiam ex nobili maximorū familia vsq; ad vltimū fidelissimam tenuit dicente quarto tristiū.

Pene mihi puero,nec digna nec vtilis vxor
Est data:que tempus per breue nupta fuit.
Illi succesit quamuis sine crimine coniunx.
Non tamen in nostro firma futura toro
Vltima que mecum seros permansit in annos
Sustinuit coniunx exulis esse viri.

Filia ouidij.

¶ Filiam vnicam bis nuptui dedit:ex qua nepotes constat sibi contigisse.vnde subiunxit.

Publij Ouidij Nasonis vita ex eius operibus collecta.

Filia me mea bis prima fecunda iuuenta
Sed non ex vno coniuge fecit auum.

Plures filios habuit Ouidij exilium anno sue vite quinquagesimo

Patet etiam ex tertio tristium eum plures filios habuisse: cuius verba sunt hec.
Vtq; sit exiguum pene quod coniuge chara:
Quod careo patria pignoribusq; meis:

Recessus ouidij tertio nonas martias

Cum autem esset Ouidius annorum quinquaginta: ira principis octauiani ad euxinos relegatus est ipso dicente in tristibus.
Postq; meos ortus pisea victus oliua.
Abstuleram decies premia victor eques.
Cum maris euxini positos ad leua tomitas:
Quererere me lesi principis ira iubet.

Apd̄ miletū ouidij exilij sedes posuit.

Ipso accedente inexilium arctophilax occidere cosmice videbatur. Quare constat recessum suum tertio nonas martias extitisse. Quod testatur ipse primo tristium ita scribens.
Tingitur oceano custos erimanthidos vrse.
Equoreasq; suo sidere turbat aquas.
Nos tamen ionium non nostra scindimus equor
Sponte: sed audaces cogimur esse metu.

descriptio exilij ouidij.

Venit igitur tandem in scythiā poeta ipse infelicissimus: in miletoq; sic octauiano iubente sedem suaz collocauit. Quod patet ex tristibus ibi videlicet. Veniq; quo scythia est propero: quo mittimur inq̄.
Et ibidem.
Ab quibus aduenias miletidos hospes ad vrbem.
Offensi quo me contulit ira dei.
Quibus omnibus eius infortunijs oīs moneri debem?: tū ppter eius inocētiā t ingenij acrimoniā tum etiā maxime quod in locis barbaris bonis moribus ac humanitate carentibus vitam ducere coactus erat. Que omnia perpulchre idē poeta ad rufinuz primo ponti ita describit.
Orbis in extremi iaceo desertus hesperis
Fert ibi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomū, non dulces aducat vuas:
Non salices ripa roboza monte virent.
Neue fretum laudes terra magis equoza semper
Ventorum rabie solibus orba tument
Quocunq; aspicies campi cultore carentes.
Vastaq; que nemo vendicet: arua iacent:
Hostis adest dextra leuaq; a parte timendus.
Vicinoq; metu teret vtrūq; latus.
Altera bistonias pars est sensura sagittas
Altera sarmatica, spicula missa manu

Causam exilij variā fuisse cōperim?. Mōnunq̄ essi confessus est ipse ouidius carmina artis peperisse. Aliqñ ꝙ errorē potiꝰ extitisse. Quo suspicandū est eū cū familiarissim? eēt octauiano: forte eū vel pro phebo se adorari facientē: aut eūdē puero abutētē vidisse: excusauit t alio in loco vxorem octauiani ab omni nota. Ex quo cōprehēdi pōt: sīa illoruz inquit affirmant eū ob adulterā liuiam exulē esse factū oīno non carere veritate. quarum sīaruz licet plurimos versus adducere possem attamen paucis contentus ero. Ex quarto igitur de ponto hoc elicitur.

Cā exilij. Carmē et error ouidij vñ exilium

Carmina nil possunt: nocuerunt carmina quondam
Primaq; tam misere causa fuere fuge

Et secundo eiusdem

Neue roges: que sit stultam quam scripsimus artem:
Innocuas nobis hec vetat esse manus.
Et quid preterea peccarim querere noli.
Vt pateat culpa sola sub arte mea.

Et parum infra subiunxit

Naso parum prudens artem dum tradit amandi
Doctrine precium triste magister habet.

Et tertio eiusdem ad amorem

Nec satis hoc fuerat: stultus quoq; carmina feci:
Artibus vt possis non rudis esse meis
Pro quibus exilium misero mihi tradita merces
Id quoq; in extremis t fine pace locis
Aut tumor aut error: nobis prior obfuit error

Quarto vero tristium inquit

Iustia quod crimen viderunt lumina plector
Peccatumq; oculos est habuisse meum

In tertio ꝙ eiusdem dixerat

Non equidem totam possum defendere culpam
Sed partem nostri criminis error habet.

Insuper de ponto hec carmina ouidio in somnis amor ipse respondit.

Atq; hec fic vti nam defendere cetera poſſem
Scis aliud:quod te ſeperit eſſe magis

Et ſecundo de triſtibus clarius loquens de erroꝛe carmina poſuit:

Cur aliquid vidi:cur noxia lumina feci:
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt:

Juſtius acteon vidit ſine veſte dyanam.
Preda fuit canibus non minus ipſe ſuis.

Ouidij de adulterio culpatus.

Fatetur añt ipſe ouidius i triſtib⁹.libro ſcõ:erroꝛem ⁊ carmen:⁊ aliud neſcio q̃d exiliũ ſibi peperiſſe. Is carmẽ p multos annos nihil ſibi nocuiſſe manifeſtũ fit. Sed erroꝛ carminis peccatum tã antiquitate ſopitum reminiſci fecit vnde illud ouidianum triſtium ſecundo. I

Perdiderint cum me duo crimina carmen ⁊ erroꝛ.
Alterius facti culpa ſilenda mihi.

Deſcriptꝫ ouidij

Et eodem loco

Carmina q̃ edideram cum te delicta notantem
Preteriit totiens irrequietꝰ eques.

Carmia ō amoꝛe

Ergo que inueni mihi non nocitura putaui.
Scirpta parum puerum tunc nocuere ſeni

Epiſtole heroidum

Suſpicionem autez tertie cauſe qua de adulterio cum vxoꝛe octauiani culpabatur:nobis afferre poſſunt duo illa carmina in ſecundo ponti in hunc modum ſignificantia.

Femina ſed p:inceps in qua fortuna vdere.
Se probat:⁊ certe crimina falſa tulit.

Tres libꝛi ō amoꝛib⁹

Que añt paſſus fuerit in exilio filetio ptrãſibim⁹ cũ lõgiſſimũ id futurum eẽ cognoſcã. Quinq; ſiq̃dẽ libꝛos de triſtib⁹ ⁊ quatuoꝛ de põto euoluere opus eſſet:ſi ſingula enucleare ꝓtẽderẽ quare moderandum oꝛationi iudicaui:cuius finẽ faciã ſi p:ius libellos ab eo cõpoſitos breuiter ⁊ ſuccincte nominare.

De ſõno de cuculo ō auroꝛa.

Imprimis cũ iuuenis adhuc eſſet:ſparſim ſe falſo captũ amoꝛe fingendo carmina plurima ⁊ precipue de amoꝛibus compoſuit:eo ita dicente ſecundo triſtium.

De medicamine faciei.

Ai leue ruſus opus iuuenilia carmina veni:
Et falſo mouit pectus amoꝛe meum.

De pulice de nuce de philomela

Antea ſiq̃dẽ heroidũ epl̃as ad ppl̃m ſtilo elegantiſſimo ꝓſcripſit:vt idẽ ꝯrto triſtiũ teſtat cum inquit

Carmina cum primum populo iuuenilia ſcripſi.
Barba reſecta mihi bis ve ſemel ve fuit.

Saphus Ouidij

Cũ añt eſſet etate grãdioꝛ:op⁹ deamoꝛib⁹ iſcriptũ q̃nq; voluminib⁹ cõprehẽſum ob q̃dã puerilia i eis reperta:ſenioꝛe lima caſtigãs:in tria dũtaxat ſibi placuit redegiſſe:vnde primo amoꝛum.

Libꝛi tres ō rate ārã di.

Qui modo naſonis fueram⁹ quinq; libelli:
Tres ſumus:hoc illi ptulit auctoꝛ opus.

Duo libꝛi ō remedio amoꝛis.

Reperiunt̃ pterea plurima ⁊ multa carmina ab eodem:vt mihi pſuadeo ipene puero compoſita vt de ſomno:cuculo auroꝛa:medicamine faciei:pulice:nuce ⁊ philomela.quoꝝ cũ maioꝛ ps puerile aliquid ſonare videaꝝ:nuſq; eũ cõperio feciſſe mẽtionez:de limace autẽ:⁊ quatuoꝛ hꝭoꝛib⁹.⁊ludo ſcacoꝝ ⁊ de vetula auſim nequaq; ſua extitiſſe proprie affirmare. Traduxit elegiam illã a ſapphogreca cõpoſitã quod facillime pſuaderi põt:cũ hꝭ ſus. Eſt in te facies ſunt apti luſibus anni. ⁊ in predicta elegia ⁊ in libꝛo amoꝛum reperiaꝝ. Cũ añt videret Equilĩ. Propeꝛtiũ:Tibulum de amoꝛibus decãtaſſe nõ dubitauit et ipſe vt aliquid nouũ p ceteris cõpoſuiſſe videreꝝ:tris libꝛos de arte cõponere quos edidit. In quibus cũ ad ſolutos ſcriberet:monuit pudicas a lectione talis libelli deſiſtere. Vnde ſcõo triſtiũ eadẽ ſcripſina q̃ in pincipio artis poſuerat in hũc modũ replicauit.

Meue quibus ſcribam poſſis dubitare libellis
Quatuoꝛ has verſus e tribus vnus habet.

Faſtoꝝ libꝛos duodecim:ante exiliũ cõſtructos:⁊ cũ eẽt exiliũ ad Ceſarẽ germanicum inſcriptos edidit licet vetuſtate oia coꝛrodẽte ſepultimis careamus qui tñ nũc inuenti feruntur Tragicis etiam nõ ſemianimis deſerat. Quod liquido patet ex triſtiũ ſecunda.

Metamoꝛphoſeos libꝛi.xv.

Sex ego fastorum scripsi totidemq; libellos:
Cumq; suo finem mense libellus habet.
Augurari tñ possumus hos libros in exilio esse compositos ex his carminibus in q̃
Sulmonis gelidi patrie germanice nostre
De miserum scythico p̃ procul illa solo el
Heo age:tam longas sed suppritne musa quer as.
Non tibi sunt mesta sacra canenda lira.

Trag:liaz scripsit ouidius.

De tragedia autem et metamorphosi ita in secundo de tristibus:subiunxit.
Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis:
Quodq; grauis debet:verba cothurnus habet
Dictaq; sunt nobis q̃is,manus vltima cepto
Defuit:in facies corpora versa nouas.

Et in primo eiusdem

Carmina mutatas hominum dicentia formas
Infelix domini quod fuga rupit opus.
Hec ego discedens sicut bona multa meorum
Ipse mea posuit mestus in igne manu.

Et subdens inquit.

Vel quod eram musas vt crimina nostra perosus.
Vel quod adhuc crescens et rude carmen erat.

Metamor phosin ouidius recedens igni posuit.

Sed aliter res atq; crediderat euenit. Nam vti fieri solet iam apud multos series illorum habebatur
Quod postea cum sibi exuli nunciatum esset:hos versus quos primo tristium repperi preponendos
metamorphosi a suis cultoribus cupidissime expostulauit.
Hos quoq; sex versus in prima'fronte libelli
Si preponendos esse putabis:habe.
Orba parente suo quicunq; volumina cernis:
His saltem vestra detur in vrbe locus.
Quoq; magis faueas:non sunt hec edita ab ipso:
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quicquid in his igitur vitij rude carmen habebit.
Emendaturus si licuisset eram.

Metamor phosis nõ emendata.

Edidit preterea epithalamicum carmen pronunciauit Maximo amicissimo'ducente vxorem: vt ipse
primo ponti ostendit.
Ille ego qui diri vestros hymeneon ad ignes:
Et cecini fausto carmina digna toro.

Epithalamicum carmen.

Scripsit t exul cum in itinere et cum esset apud tomitas quinq; libellos de tristibus epistolis ad am
eos sine tamen nomine inscriptis. Verum audacior factus cum libellos quatuor de ponto ederet: mu
tare non dubitarit ibi si quidem nomina quibuscumq; amicis imposuit:vt in carminib? põticis scribit
Inuenies q̃is non sit miserabilis index:
Non minus hoc illo triste quod ante fuit.
Rebus idem est:titulo differt:t epistola cui fit:
Non occultato nomine missa docet.

Quinq; libri de tristibus.

Et in tristibus.

Vos quoq; pectoribus nostris heretis amici
Dicere quod,cupio nomine quemq; suo.
Sed timor officium cantus compescit:et illos
In nostro ponl carmine nolle puto.

Iterum in ponto.

Nec liber vt fieret:sed vti sua cuiq; daretur
Litera:propositum curaq; nostra fuit.
Postmodo, collectas vtcunq; sine ordine iunxi:
Hoc opus electum ne mihi forte putes.

Libri quatuor de põto.

Triumphum autem cesaris quo caremus:scripsit elegantissime:t adeo ad omnia natum,ingenium ha
bebat:vt etiam apud tomitas geticum libellum de cesaris laudibus componeret. Unde tertio ponti
corum carminum ad ruffinum scribens illa elegia. Hec tibi non vanam protantia verba salutem. Ad
quod diximus declarat:et in fine subdit:
Vtq; suo faueas mandat ruffine libello.
In vestras veniet si tamen ille manus.
Est opus exiguum nostrisq; paratibus impar
Quale tamen cunq; est:vt tueare rogo.
De getico autem libello in quarto eiusdem inquit
Hy pudet:et getico scripsi sermone libellus
Structaq; sunt nostris barbara verba modis.
Materiam queris laudes de cesare dixi.

Triũphus cesaris Libellus geticus.

silij

Cum anū sexto anno sui exilij spes eum solita deseruisset: ad vxorem suā scripsit: vt ossa sua post mortem saltem romam reportarent. Hoc tertio tristium demonstrat: cum legimus ad vxorem.

Ossa tamen facito parua referantur in vrna:
Sic ego non etiam mortuus exulero.

epitaphiū ouidij. Jussit et eidem vt hoc epitaphium ab eo compositum marmoreo tumulo inscribendum curaret. Quosq; legat versus oculo properante viator.

Brandibus in tumuli marmore cede notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum lusor amorum:
Ingenio perij naso poeta meo.
At tibi qui transis: ne sit graue quisquis amasti:
Dicere nasonis molliter ossa cubent.

¶ Ad illustrissimum Mantue Principem Franciscum Bonzagam Raphaelis Regij enarrationum in Ouidij Metamorphosin prefatio.

Cogitanti mihi iucundissime Princeps: cui potissimum meas in ouidij Metamorphosin enarrationes dicarē: tu in primis occurristi: qui hoc cū tulocūq; munere dignus esse videreris. Tantus est enim cum aliarum virtutum: tum singularis ac prope diuine liberalitatis tue splendor: vt ab omnibus celebrari immortalitatiq; consecrari mereare. Excellēti nāq; virtuti ex phōrum oim sententia laus: honor et gloria debetur. Tu vero nihil pulchrius honorificētiusq; esse existimas cū diuitias et opes: quibus indies magis magisq; abundas: ad magnificentiam benignitatēq; conferre. Hinc enim et merito quidem fit: vt non solum strēnuissimi quiq; milites, ad te certatim confugiant: sed cum alij Italie principes te colant et admirentur: tum grauissimus sapientissimusq; Venetorum senatus te sibi quocūq; officij genere deuinciat: indiesq; habeat cariorem. Ex tanta nanq; liberalitate facile cognoscit eam tibi ingenitam esse animi magnitudinem: vt et alta expetas et preclara sis gesturus: et viam ad immortalem gloriam affectes. Omnes siquidem imperatorie virtutes in te sic refulgent: vt Scipioni illi maiori: qui quatuor et viginti annos natus imperator aduersus penos in Hispaniam a senatu populoq; Romano fuit missus: merito sis equiparandus. Vt enim corporis excellentem formam vereq; imperio dignam et rarum in principe robur omittamus quis tuum in assiduis exercitationibus laborem. in periculis fortitudinem. in prouidendo consilium in agendo industriam. in conficiendo celeritatem non magnopere admiretur. Tu nulla pluuia. nullis niuibus. nullo estu ab antelucanis venationibus deterreris. Tu summa omnibus in rebus temperantia: fide: iusticia esse vna omnium voce predicaris. Tu singulari facilitate sic animos et ciuium et militum ad te amandum allicis: vt non princeps: sed par infimis esse videaris. Tu denicq; artis militaris sciam ita percallui sti: vt preclaris imperatoribus cum ab aliis omnibus: tum a Johāne francisco pascalico sapientissimo eloquentissimoq; senatore ascribendus esse censearis. Tametsi autem probe scio te maioribus distringi negocijs: cū vt huic operi legendo vacare possis: tamen si quid ocij tibi vnq; supererit: complura in illo inuenies sic enarrationibus nostris illustrata: vt facile percipi possint que tuū animum maxime delectabunt. Nihil est enim quod ad rei militaris peritiam gloriāq; pertineat: cuius illustria exempla in Ouidij metamorphosi non habeantur. Nam clarissima queq; non bella modo: verūetiam prelia vt strategemata: vt ducum colloquia pertermittam illo verborum lepore illa elegantia describuntur: vt pleriscq; tibi interlegendum interesse videaris. Jam ciuiliter viuendi rationes vnde facilius summa mus: autorem inuenies neminem. Ex his enim qui statim in operis initio de mundi origine Gigantus aduersus deos temeritate aliorumq; impietate narrantur. aperte colligimus deum mundi ipsius opificem fabricatorēq; fuisse: ac eū in primis colendum atq; venerandum. Eorum vero qui deo aduersantur omnia opera inania esse ac vana: contraq; eos qui pie iusteq; viuāt: sic vbiq; tutos esse vt dei ipsi? auxilio nunq; destituantur. Quid namq; lycaonis in lupum transmutatio nobis, aliud ostendat: cū te terrimis latronibus grauissima queq; a deo supplicia esse preparata. Quid deucalionis et Pyrrhe liberatio ab illo diluuio quo totus terrarum orbis fertur inundatus: nonne summam in pios iustitieq; ac religionis cultores pre se fert dei benignitatem? Quid de Daphnes in laurum semper' virentem transfiguratione aliud nobis significari putandum est: cū virginibus pudoris sui solicitam gerenti curam immortalem gloriam esse preparatam? Quid Phetontis casus nonne filios omnes admonet ne vnq; parentum consilia preceptaq; contēnāt? Reliqua vero non minus lepide cū vtiliter de virtutum vitiorum que exemplis descripta nonne contentiosis phōrum disputationibus humane vite commodiora sunt iudicanda: Jam preclara Heroum gesta cōcinne eleganterq; in hoc pulcherrimo operum enarrata: nōne his principibus qui de humano gñe bene mereant immortalem gloriā propositā esse testant. Quis porro vir magnanimus ad magna gerenda nō excitetur: qui legat cuius alios heroas: qui plures sunt quidem. cū vt obiter possint numerari. tamē Herculem illum non modo eminentissimi cuiusq; poete carminibus celebratum: sed in deor quoq; numerum publico oim consensu fuisse translatum. Quis artem militarem ad cuius gloriam te natum esse indies magis magisq; reipsa declaras: non amplectatur: qui priscorum imperatorum virtutem et triumphos ab Ouidio lepidissime decantatos recognoscat. Sed quid de metamorphosi multa. Exemplar mihi: vt semel dicam totius humane

Moralis fabularum interpretatio.

et ciuilis vite esse videtur. Adeo. plane copiose quecunq; non eruditum modo: verum dicendi quoq; et agendi peritum efficere possunt: a facundissimo poeta expleantur: nec iniuria grecis fuisse omnibus aliis nationibus disciplinas tradidisse: ac nullius ipsi auxilio prorsus indigere videri velint hoc tamen opus propter maximam rerum cognitu pulcherrimarum copiam e nostra lingua in suas omni studio interpretandum vertendumq; curarunt: vt percommodum sit hactenus in tanta scriptorum turba citra vilia accuratam expositionem apud nostros ita lacuisse: vt a paucis admodum perlegeretur: cum presertim & variam plerisq; in locis exposcat eruditionem: & imprimis adolescentibus laudatorum artium studio destinatis sit prelegendum. Non solus enim veteres historie propter antiquitatem fabularum loco habendus: et vetustissimis autoribus collecte eleganter ab Ouidio describuntur: sed ita & geographie & astrologie & musice & artis oratorie: & moralis naturalisq; philosophie ratio exprimitur: vt cui Ouidij metamorphosis bene percepta fit: facillimus ad omnes disciplinas aditum habiturus neq; difficultatis quicq; in illo fere poeticorum operum inuenturus esse videatur. Quicquid enim preclarus Museus. Orpheus: Linius Homerus: Tytheus: Homerus: Panyasis: antimachus: Aratus Virandrios: Alexander: Euphorion: Theocritus: Apolonius qui argonautica scripsit: Callimachus Philetas: Homerm?: Pindar?: Stesichorus Alce?: Simonides: Ibicus: Bacchilides: Anacreon: Alcman: Sappho: Corynna: Archilocus. Ananias: Hiponax: Anio: Telpis: Phinicus: Eschil?: Sophocles: Euripedes: Jon: Acheus: Cratinus: Eupolis: Pherecrates: Aristophanes: Menander: Philemon: Philistion: Pherecydes: Herodotus: Diodo. aliiq; prisci & poete & historici litterarum monumentis commendarunt id omne Ouidius in suam metamorphosin transtulisse videtur. Quare & moribus adolescentum: & studijs rectius consuluissent: qui verbosas nuper in opera quedam lactiora q; vt pueris sint exponenda preceptuq; facillima commendationes certatim enisserunt si metamorphosin susceptissent enarrandam. cum presertim vel elegie in quibus amores describuntur: nedum poemata in quibus turpia dictu affectant. ex Quintiliani sententia minime sint pueris prelegende: ne tenelle adhuc mentes illo inquinentur affectu: qui disciplinarum studijs maximus hostis a sapientissimo quoq; philosopho esse iudicatur. Ac ne quis me temere ab ista omnium fere etatis nostre grammaticorum persuasione dissentire miretur. libet Quintiliani ipsius de his que pueris sint prelegenda: adverbum describere preceptum. Cetera inquit admonitione magna egent imprimis vt tenere mentes tractureq; altius quicquid rudibus & omnium ignaris insedere non modo qui diserta. sed vel magis que honesta sunt discant. Adeoq; optime institutum est. vt ab Homero atq; Vergilio lectio incoperet: q; ad intelligendas eorum virtutes firmiori iudicio opus esset. Sed huic rei superest tempus. Nec enim semel legentur. Interim & sublimitate heroici carminis animus assurgat & ex magnitudine rerum spiritum ducat: & optimis imbuatur. Utiles tragedie alunt & lyrici: si tamen in his non autores modo: sed etiam partes operis elegeris. Nam & greci libenter multa: & Horatium in quibusdam nolim interpretari. Elegia vero vtiq; amat & hendecasyllaba & quibus sunt comata sota deorum (nam de fotadeis nec admodum quidem est.) admoneantur si fieri potest: sin minus. ad firmius etatis robur reseruentur. Hec Quintilianus. ex quibus facile colligitur eos adolescentum & studijs & moribus plurimum obesse: qui ea que nec pueris sunt prelegenda: nec vlla indigent enarratione ita exponunt: vt infantibus cibos nutricum mores mandere velle videantur: perinde atq; si pueris discentibus: & non pueros docentibus istiusmodi commenta scriberentur. Quod si illa librorum penuria laborarctur: studiosis iuuenibus velle consulere videri possent. Nunc in tanta fertilitate. quid opus est in illa autorum marginib? inculcare: que vnusquisq; vel vltra primas litteras progressus de vno libro in alium facile transcribere possit. Huc accedit quod ista ambitione plurima congerendi fere officij sui commentatores isti: vt ego quoq; verbo vtar: obliuiscuntur: vt pleraq; obscuriora autorum sensa: id quod imprimis aliquid exponere volenti est necessarium: nequaq; enodentur: q turpissimum est: loca depravata non solum non corrigantur: sed vt sunt corrupta: & legantur & exponantur: cum grammatici vel primum sit opus emendate legere & que difficiliora videantur ita exponere vt facile percipere possint. Nunc isti suis ineptijs omnia confundentes: dum commenta sua nihil non vulgare omnibusq; literatoribus tritum ac pentus superuacuum continentia accuratis prestantum grammaticorum enarrationibus inserantur: ac potius anteferant totiq; librorum margines inanibus nugis impleantur: pulchre sibi expositoris officio functi esse videntur cum que alias perspicua sunt, verborum multitudine obscurentur & que difficultatis, aliquid presese ferunt. aut peruerse exponantur aut silentio inuoluantur. Quod si quod illorum operum: que nondum a quoq; fuerunt enarrata. isti nominibus parco viuentium. susciperet exponendis: neq; sua laude fraudadi foret. & quantum iudicio doctrinaq; valeant facile: possent ostentare. Nunc vero in tanta librorum copia his dumtaxat: que ab aliis recte eleganterq; illustrata fuerunt. vtigaria quedā adijcientes q aliud assequuntur: q quod se non imperitos modo: sed vanos quoq; ac futiles aperte profitentur & dum imperitis eruditi videri volunt vt Quintiliani verbis vtar. in periti doctis videntur. Ego vero istorum ambitione longe alienus pauca admodum que necessaria videbantur in metamorphoseos expositionem deduxi imprimisq; illud curaui vt complura loca. que falsorum correctorum temeritate fuerant depravata. corrigerentur. & que ineptiarum pessime de tam egregio opere meriti interpositione insulsissime fuerant separata: connecterentur. itaq; omnia disponerentur. vt reddita sibi esse metamorphosis ipsa videatur. Neq; diutius in variis scriptorum opinionib?

Quintilia
ni p̄ceptus
de his q̄ sint
pueris pre
legenda.

recenſendis ſum immoratus. vbi preſertim poetam ſic vni addictus eſſe animaduerti. vt ne ad alia q̄dem alludat. Si nāq; omnia quecūq; de ioue. Baccho. Hercule. Theſeo alijſq; t dijs t heroibus anti quis ſcribuntur perſequi libuiſſet: finis operi iuentus nō fuiſſet. Necq; iſticias eo nonnulla ab ouidio att igi. que mihi ignota eſſe nihil pudet inter exponendum fuiſſe profeſſum. cum priſcarum fabularum aliquid ignorare inter virtutes grāmatici a Fabio hēatur. t ijs ſcriptoribus perpauci admodum extent quos Ouidius ſectatus eſſe videtur. vt mihi venia facile danda ſit. ſi quedam inenarrata reliqui. Vt enim nihil aliud ſtudijs profuerim illud certe effeci. vt multi que a me fuerunt pretermiſſa omni ſtudio ſint inquiſituri. t commētatiōes ſuas que decem iam annos vel eplis iactate expectantur. tādem meis enarrationibus perfectis ſint edituri. Quod enim hactenus nemo in Ouidij metamorphoſin qe q̄ expoſitionis emiſit ignote quedam fabule in cauſa fuiſſe videntur. quas quidem vt pulchrum eſſet non ignorare: ſic propter illas tam egregium opus adoleſcentibus eloquentie ſtudio deſtinatis non prelegere indignum eſſe videbatur. Quāobrem tantum abeſt vt me huiuſce lucubrationis peniteat: vt vel maxime leter Ouidij metamorphoſin poeticorum operum lumen hactenus fere neglecta. mea poſtiſſimum opera ſic fuiſſe illuſtratā. vt facile t a mediocriter doctis pcipi t ab optimis quib?q; ingenijs vna cū noie tuo celebrari poſſit. Sed ne modū excedat epiſtola iam poete vitā t que quoq; libro metamorphoſeis cōtinent exponamus: quo facilius que quis cognoſcere cupiet: citra longe inquiſitiōis laborem inuenientur. Vale rariſſimum ſeculi noſtri liberalitatis exemplum. Venetijs Ludouicis ſeptembribus. M.cccc.xciij.

¶ Frater petrus Lauinius Lingoneñ. artiū magiſter: poeta ac ſacre theologie baccalarius formatus. ordinis predicatorum. conuentus matiſconenſis. Doctiſſimo eloquētiſſimoq; Juriſconſulo. domino laudio lōginico. Illuſtriſſimi ac obſeruantiſſimi inſignis matiſcēſis eccleſie preſulis. generoſiſſimo nepoti. eiuſdēq; eccleſie archidiacono ac canonico digniſſimo. in fabularum metamorphoſis ouidij tropologicas enarrationes prefatio.

Spirituū ſtigiorum i hūanū genus iſidie

Oracula de hica

Dodonee quercus

Deus ob primi pentis caſum hō factus

Fidei ſortologe veritas.

Quie hūana ratione inuēiūt ſepe ſunt falſitati ad mixta.

Paulus Hiero.

Auguſti.

Doctrinis gētium ēt declamatorib? ſuis vbi vtilicet.

Tropologia vtunt diui libri.

Orrendus ille tenebrarum princeps. priuſq; dei oipotentis gloriā celi enarraſſent. t terra diu ad patrum pia vota parturiēs. aliquado germinaſſet ſaluatorem Illuſtriſſime ac obſeruātiſſime domine: multiplices laqueos peculiari ꝓſutia diſponens. ade poſteritatem (ipſius primi pentis tranſgreſſiōe pctō obnoxiā) ſic oppreſſerat. vt in regno aiarum ſeuiſſimā tyrānidē exerceret. t mundi huius dñs tūc haberetur t eſſet. Itaq; inumeras fallendi artes ingenita calliditate cōmētus. cordaq; mortalium expectatione rerum futurarum ſolicita horrendis eludens oraculoꝝ ambagib?. pernitioſa quadā ſuperſtitionū caligie deorū dearūq; nephādiſſimā culturam. vt vnius veri dei noticiam aboleres igerebat. Illinc delphica illa in vmbilico terrarū oracula. poetarum carminibus celebrata. t dodonee quercus. Hinc antrum euboicum t tecta naſamonia callidiſſimi hoſtis maligno ſpū reſonabant. Sed autor legis gratie chriſtus ieſus et dei verbum. p quod facta ſunt omnia. primi parentis flebilem caſum miſeratus t vt hominem perditum varijſq; errorum ambagibus ſeductum ad celeſtia regna reuocaret. in terris cōicato idiomate deus t homo apparuit. qui errorum diſcuſſa caligine. mundo ignorātie tenebris obſeſſo veritatem aperuit. t ad illud ſūmum btitudinis noſtre obiectum iter oſtendens leges tulit. quibus homines ad celeſtem patriā deduceret. Vitiorum ſiquidem acerrimus oburgator. ad virtutum excellentiam verbo t exemplo exhortator. eorum etiam q̄ ad dñi beatiq; viuendum ꝺducere viſa ſunt p̄ceptor. Denicq; miſſis in orbē vniuerſum diſcipulis deorū dearūq; euangelij ꝓmulgatiōe rit? nephādiſſimos exprobrās. ad eterne felicitatis premia viā patefecit. Veritatem ſitaq; orthodoxe fidei a deo reuelatā. miraculoꝝ (ab illi? dūtaxat ptāte depedētium. q̄ teſtis falſitatis eſſe nō pōt) coruſcatione approbatā. martyrum ſanguine roboratam doctorum irrepreh̄ēſibili elucidatiōe declaratam. ratiōi conſentaneā accepim?. Eſt igitur fidei veritas amplectenda explodēda deoꝝ ſilua quos deluſa venerabatur antiq̄tas. Si q̄ tñ gētiles fidei noſtre cōſentanea ſcripſere. ex auguſtini ſententia ab eis vt iniuſtis poſſeſſoribus ſunt auferenda. ac in vſum noſtrum ꝓuertēda. Quāuis ei fide certiores reddamur de diuinis. t lōge maiore rez noticia p̄ſtem?) (ea ſiq̄dem q̄ humana rōne inueſtigari p̄t) falſitati ſubiici ſepenūero videm?. (qō eruditiſſimorū virorū ꝓtraria in ꝑmis teſtat opio) fidei vero ſplēdor. illa cognoſcim?. (que prima t ineffabilis veritas ſupra humanam rōnē nobis reuelare dignata eſt. Nihilomin? qm̄ fas eſt t ab poſte doceri. Pauli gētium doctoris. ac diuini hieronymi quē ſcibile nullum latuit. Aurelij q̄ auguſtini. vt egregium illō. ac laborioſū opus de ciuitate dei teſtat exēplo. nōnūq; ēt inter declamandū doctrinis gētiliūvti ly. qō ita declamatoriꝝ agendū cēſeo. vt adauditorū vtilitatē vitiorū oburgationē virtutū quoq; cōmēdationē trahan tur. t ſibi ſummopere caueant ne. eorum qui ſe aonij fontis liquoribus ora proluiſſe gloriantur fiant fabula. Accidit em̄ ſepiſſime. vt hi quos poeſeos fabule carminū leges p̄tereunt. t ſi non ad roborandā veritatem nihilominus ad oſtendendum verum non repugnare. poetas gentiliumq; dicta citantes: non poſſint a viro humanitatis ſtudia callente fine ſtomacho t riſu audiri. Poetarum igitur fabule t carmina ſunt aliquando in teſtimonium adducēda. Non enim credendum eſt poetas ſub fabulis nihil veritatis occultaſſe. Hinc fiq̄dē phiſica ratio. nūc tropologica. nūc allegorica latitat. Nempe qō theologi (q̄ ſepiſſime metaphora. ꝓſopopeia tropologia. diuinos libros vſos eē ezechielis danieliſq; viſionibus ac illius aquile volantis reuelatione quam greci apocalipſim vocant teſtantibus. ſcripſerunt) figuram vocauere. poeta fictionem aut fabulaꝝ nuncupat. Proprium em̄ poete ē iuſtitato q̄dāverboꝝ

atq; sententiarum contextu: velamento fabuloso atq; decenti veritatem contegere: ac sub noua decentiq; figura recitare: vt q preclara hominum ingenia inquirenda veritate exerceantur: q auditorum animi peregrina q inaudita inuentione delectentur. aut enim prodesse volunt. Aut delectare poete. philosophia quippe veritatem querit. Theologia iuenit: veri xpiani reipublice cultores posidet poetis inuenta eloquentie viribus exornat. Que omnia in hoc preclaro volumine admirãda ingenij acrimonia: consecutus est ouidius. Nam virtutes celebrat heroum admiranda gesta describens: actus heroicos prestantissimorum virorum cõmendat. Dum etiaz fieri ex hominibus aut beluas scripsit: aut lapides aut plantas: quid aliud voluit nisi rationabiles homines: quos summus omnium opifex ad suam imaginem intellectu vigentes effinxerat: relicto naturalis rationalis lumine (quo solo ceteris animantib? prestamus) per abrupta queq; vitiorum efrenatis concupiscentie motibus atq; carnis illecebris impulsos: brutorum more carnis desideria sectanda ea censeri bruta quorum vitam imitarentur? Quid enim interest inter in bestiam transformari: aut sub homine animum gerere belue. Hoc cantabat psaltes ille cytharedus dauid. Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus q similis factus est illis. Fugienda igitur cẽ summopere vitia in bestias homines transformantia cecinit ouidius. Admirando etiam artificio peregrinus vates auditores alliciens delectat. Nam tanta venustate ad fabulas recitandas varias introducit personas: vt vna fabula ex alia pendere videatur. Preclaris deniq; adinuentionibus et rebus scitu dignissimis opus exornãs: nulla vnq; rerum difficultate: nullo obstrutus pondere superatur. Nam celum terras: q equora describit: reges armat in bella: virgines sertis q floribus insignit actus hominum pro qualitate designat: irritat torpentes: desides animat temerarios deprimit. Virtutum elegantia insignes honoribus q premijs donans: ceteros eorum exemplo ad virtutem allicit: egregios quosq; meritis extollit laudibus. Non quẽpiam debita cõmendatione defraudat. Et nõnunq; se veritatis adeo exhibet amatorem q presertim in nõnullis nostre fidei cõsentaneis: primaria. s. mundi origine: hominis ad dei imaginem paductione: etatis auree (quam innocẽtie statum dicimus) descripti one diluuij inundatione: gigantum prelio: aliarum. quoq; multarum rerũ elaboratissima recitatione: vt mihi paucis mutatis paucis ille legislator moses de scripturis sanctis differens videatur. Unde augurari possumus aut pythagoram qui menphiticos vates adhit: aut platonem: qui q inter ceteras orbis puincias: etiam egyptum ob diuinarum humanarũq; rerum amplioren noticiam penetrauit: libros mosaicos septuaginta interpretum traductione ab hebrea in grecam linguam: vt ptolomei philadelphi satisfieret desiderio versos legisse: ex diuinis quoq; litteris nõnullã suis operibus iseruisse: q (aut etiam ipsi libri mosaici) ad eruditissimi ingeniosissimiq; poete Ouidij noticiam puenire potuerunt. Igitur q si mihi in hoc sacri ieiunij quagragenarij tẽpore: apud vetustissimam allobrogũ urbem: q eusebio teste prius biẽna nunc viẽna nuncupata: diurna ad populũ declamationis sollicitudine occupato: och nihil erat: sum tñ subfuratus mihi ipsi: aliquã tulam tpis mortulaz vt tue celsitudini virorũ doctissime ac eloquẽtissime: nõ denegem oĩa q prestari a me queant. Feci itaq; qõ tantopere efflagitas nõ minus libẽter q diligenter. Preclarissima siquidem in fabulas metamorphoseos Ouidij eruditissimi eloquentissimiq; viri Lactantij firmiani cocti argumenta cum breuitate tum eloquio admiranda: que legens q si pro tpis penuria nõ perlegens: nihilominus a tante autoritatis viro nihil nõ dignum lectione processisse intelligens: vt poete sententia a nostris precipue declamatoribus vno legatur intuitu: fabularum allegoriam nõnunq; addens huic operi inserenda indicaui. Tu autem generosissime ac obseruandissime domine: cui ouidij metamorphosin vtcunq; ad xpi misterium traductam iucũdam fore firmissime confido: quam cum tibi quippiam otij relictum fuerit cum champerodo nostro viro q doctissimo q eloquentissimo perleges. Opus vero nostrum cui triumphus apostolorum de deis expulsis titulus est q si multorum doctorum iudicio emittendum veniat: mea tamen sentẽtia cum amplius maturuerit. horatij consilio suadentis ne precipitetur editio: in tuas manus q emendatissimum veniet: que nunc offerimus leto vt soles vultu susipe. Obsecrans vt illustrissimo ac obseruantissimo presuli nostro matisconensi: preclarissimarum virtutum lucidissimo syderi patruo tuo cui (ob eius in me maxima beneficia) me totum debeo facias cõmendatum. Vale. Exviẽna. Anno a salutiferi partus virginei Millesimo quingentesimo decimo. vj. kl'. Martij.

Poetis cõuenit aut pdesse aut delectare.

Philia Theologia virtus.

Poesis.

Quid ouidius de hominum in beluas trãsformatiõe intellexit.

Regius poeta Dauid

Ouidius delectat

Mira ouidij laus.

Ouidius pẽthateu cum moysi aut legit aut eorum quividerãt libros legit

Lactãtius in fabulas Ouidij argumenta scripsit.


Apostorum triumph? de deis expulsis.

Horatij consilium.

¶ Eiusdem Reuerendi patris magistri Petri lauinij philosophi poete ac theologi ordinis predicatorum ad lectorem epigramma.

Carmina naſonis fugias laſciua poete:
Et que precipue nomen amoris habent.
Si qua tamen fuerint virtutis perlege: non ſu
Carmina iudicijs hec reprobanda meis.
Vtrat apis tarum non flores mella legendo:
Omnes eſto legas: ſola probanda tene.
Dum canit in varias homines migraſſe figuras
Quam ſint peccati damna timenda refert.
Fabula quos doceat ficto velamine mores.
Quod damnet vitium: dat tropus ecce tibi.

Vale.



¶ Preclarissima in fabulas metamorphoseos Ouidij doctissimi eloquentissimiq; viri Lactantij firmiani eccli argumenta.

¶ Prime fabule primi libri argumentum.

Lactātius

¶ Chaos: vt hesiodi indicat volumen: quod deorum originem continet: fuit initio quedam rerum confusio: que postea insuas species distributa est: vt leuissima corporum ether igneus: & hunc infra aer frigidus: et cetera sydera in sublimi parte paterent: per que solis splendor ac lune vagaretur. grauissimo autem humus liquorq; in ima parte subsiderent.



¶ Reuerendi patris magistri Petri lauinij philosophi poete ac theologi in metamorphosin Ouidij tropologice enarrationes.

Lauinius Platōis memoranda sinia.

IN noua fert animus mutatas dicere formas. Preclarat veritati cōsentanea Platonis sapientissimi philosophi diuinaq; humanarūq; rez cognitione admirandi fuit illa sentētia qua in thimeo voluit in minimis etiam rebus diuinū auxiliū iplorari debere qō veteres illi maiores nostri qui in summa diuinarū rerū caligine versabant: qdpiaz operis facturi obseruabāt. Ante oīa celestē fauorē pcantes eos quos delusi colebāt deos Persij testimonio inuocabant. Vatib⁹ hic mos est cētū sibi poscere voces. Cētū oraz linguas optare in carmina cētū. Huj itaq; memorādi pcepti z obseruādi instituti non immemor Ouidius in huj nūcq; satis laudati operis initio ad celestium numinū auxilium cōfugit. Dij ceptis aspirate meis. Quid igitur nos qui in summa diuine cognitionis luce versamur in tantaq; rerum initio fabularū tropologica scilicet enarratione facere debemus: presertim cū sciamus deum vnum bonorū omniū autorē nobis atq; effectorem esse: nos vero aut perficere aut ichoare nihil inuito illo posse: nihil illo volente nō posse. Itaq; qm tam maximarum rerum ponderi vires nō sufficiūt. Non ad musas bicipitis parnasi incolas. Non ad clarium apollinem: aut vnda pegasei fontis q potati ātiq se in summos poetas euasisse finxerūt ora pfundat ac irriget: verūm vt aliquātulā dicendi facilitatē de fonte prestet vberrimo. quā ita hoc epigrāmate alloquendam duxi.

Laus Ouidij.

Arcis olympiace digne celebrare parentis
Virgineam matrem: cuncta creata negant.
Est tua laus virgo: nequeunt q vincere laudes
Astra licet superent carmina culta tuas.
Crimina te nunq primi tetigere parentis:
Cum preuisa dei mater amica fores.
Ingenij mētisq parens si pectora sacro
Arida fecundet rore: disertus ero.
Ergo tuo vati faueas vt numine: dicam
Cum gabriele tibi regia mater aue.

De beate marie virginis conceptione.

¶ Raphaelis regij in primum metamorphoseos Ouidij librum enarrationes.

¶ Publij Ouidij Nasonis metamorphoseos. Liber primus.

IN noua fert animus mutatas dicere formas.
Corpora: dij ceptis nam vos mutastis et illas
Aspirate meis. primaq; ab origine mundi.

Perfius Ouidius

¶ Huius ouidij operis argumentum.

Quodq; rogis supererat. vna requieuit in vrna

Ebur vacuum ense. i. eruineam vaginam ense carentẽ. Tua te manꝰ inquit amor. teipsum inquit ob amorem quo me prose quebaris interfecisti. In vnum. ad hoc vnum vt meipsam interficiam. In vulnera. ad vulnera mihiipsi inferenda. reuelli. separari. Certus amor verus. Non inuideatis. non prohibeatis nostris votis inuidentes. Componi. condi. ac simul sepeliri. Pullos. nigros. Monumenta. memoriam. Gemini cruoris. sanguinis duorum t pyrami t Tisbes. Aptato mucrone apposita cuspide. Sub imum pectus. ad infimam pectoris partẽ. Ferro. ensi. quo seipsuꝫ pauloante transfixerat pyramus. Vota preces. Tetigere. cõmouere. Permaturuit. pfecte maturuit. a. Quodq; rogis supererat. cinis t ossa rogis supereſſe solent. Desierat. loqui subaudiatur t alicthoe. finem enim sue narrationi imposuerat. Vocẽ tenuere. fluerunt. Leucothoe. sorori alcithoes ãteq; narret quemadmodum leucothoe orchami regis achemenie et eurimones filia in arborem thuris fuerit conuersa: exponit adulterium martis cum venere. Sol enim martem olim cum venere coeuntem vulcano eius marito indicauit: qui indignatus rhetibus tenuissimis cubile circundedit. quibus coeuntẽ martem cum venere ita implicuit vt nullo pacto disiungi possent. patefacto deinde cubiculo omnium deorum oculis spectandos subiecit. quare venus indignata soli leucothoes amorem immisit: qui vt commodius ea potiretur: se in matris eurymones figuram conuertit: cum vero orchamus pater eam vitiatam esse iudicio clytie solis amisse cognouisset. ipsam de fodit in terram. sol vero amicam miseratus eam in thuris arborem commutauit. Hunc quoq;. ac si diceret. non solum mortales capiũtur amore: sed dij quoq; t quidem clarissimi. Videt hic, deus omnia primus. causa est cur sol putetur omnium primus martis adulterium cum venere vidisse. quare hec particula. nam subaudienda videtur. Junonigene. ex iunone genito. vulcanum enim solum iuno ex ioue suscepit. Furta. stupra et adulteria. q; furtim fiant. Graciles. tenues. atq; subtiles. Que lumina fallere possent. que oculos decipere valerẽt. Elimat. efficit limat Aranea. tela aranearuꝫ. Vtq; leues tactꝰ significat rhetia ea ita mollia fuisse ac flexibilia vt neq; si tangerentur sentiri possent: ac facile rebus omnibus cederent. Parua momenta. parua obstacula: vt parum resistere viderentur.

Adulteriũ veneris cũ marte.

leucothoe in thuris arborem.

¶ Fabule quarte quarti libri argumẽtum. Lactãtius ¶ Sol plată Leucothoen ex Eurymone t orcheõ achemeni de pncipe origie belli genită climene archadi Circe matri t Clycie: quaꝝ pulchritudie ãte sollicitũ animũ egerat: dilexit Et cupiẽs vt i antedictis cupiditatẽ sedat: t i speciẽ matris puelle Eurymones cõuersus virginẽ decepta dolo vitiauit. Cur adulterio Clycie incẽsa: qua nondũ satiata? erat sol parenti puelle idicauit. Quã ille cũ terre defodisset: vitiatoꝝ admissi misericordiã exhibẽs ỏducto soloꝝ cui subiecta fuerat: p ea virgã tinctã nectare: q̃ gratissima deis hominibusq; esset extulitq; que turea appellatur: t hoc Hesiodus indicat.

Desierat. meditũq; fuit breue tempus. t ossa est.
Dicere leucothoe. vocem tenuere sorores.
Hunc quoq; siderea qui temperat omnia luce.
Cepit amor solem solis referamus amores
Primus adulteriũ veneris cum marte putatur
Hic vidisse deus. videt hic deus omnia primus
Indoluit facto. iunonigeneq; marito
Furta thori. furtiq; locum monstrauit. at illi
Et mens. t quod opus fabrilis dextra tenebat
Excidit. extemplo graciles ex ere catenas
Rhetiaq; t laqueos. que lumina fallere possent
Elimat. nõ illud opus tenuissima vincant
Stamina. nõ summo que pendet aranea tigno.
Vtq; leues tactus momentaq; parua sequantur

Deprehensi. in re phibita inuenti. nã deprehẽdi ppie ḋs in re minus honesta ór. Venius vulcanus qui cũz deformis natus eẽt iunoniq; displicuisset e celo fuit a ioue in lemnũ insulã ꝓcipitatus. ibiq; a sintijs: vt scribit suius fuit nutrit⁹. Admisitq; deos. aduocauit deos ad spectaculũ veneris ⁊ martis q̃ ita ligati in lecto iacebãt vt se dissoluere nõ possent. Atq; alijs de dijs nõ fuisse mercurĩ ferũt. Cytherea. venus a cytheris insula dicta ad quã ꝓmũ e mari nata cõcha puenisse ór. Memorẽ penã. hypallage ẽ memor cytherea aut quã i memoria habebat: vt Verg. Seue memorẽ iunonis ob irã. Inq; vices vicissim ecõtrario. Hyperione nate. Sol hyperionis titanis filius fuisse ór. est añt apostrophe ad solem. Igne nouo. amore inusitato. Tẽperius. tẽpestiuius. Modo serius incidis vndis. iterdũ inqt tardius occidis. Eoo celo. oriẽtali vñ oritur aurora: q̃ grece Jo ór Horrigis. pducis. Brumales horas. hyemales dies q̃ solẽt esse breuiores. Vitiuz mẽtis. egritudo ac passio cordis qua fere amãtes pallent. Trãsit in lumina. Pallida nãq; videbãtur. Nec tibi ꝙ lune. cãm eclypsis solis exponit. nã tñc deficere videtur cum luna ei subijcitur. luna vero infima planetarum. Clymene: phaetõtis mater. Rhodos insula est lycie adiacẽs soli adeo grata vt sp q̃uis ne buloso aere aliqua diei hora ei⁹ radij videant: vt scribit Plinius. Rhodos ãt apo tu rhodõ. hoc ẽ a rosa ꝓpter pulchritudinẽ (vt q̃dã scribũt) fuit appellata. nã pri⁹ ⁊ ophiusa ⁊ a serenitate etherea vocabat diodor⁹ ẽo ait rhodõ insulã a rhodo puella neptuni filia ex quadã telchinũ sorore q̃ primi insulã tenuerũt fuisse appellatam. Rhodos

Mec tenet aee: ipsa mater fuit circes: que aee ab ea vrbe colchorum non vt seruius scribit a vocibus eorum quos i bruta alia conuertebat: fuit appellata. Aea vero nõ solũ colchorũ est vrbs ab Aeeta medee patre edificata: sed alia quoq; est thessalie. ẽt iam macedonie fons aea: vt stephanus scribit. vnde eeus eea declinatur. Clytie. nympha fuit que apollinem amauit Graue vulnus magnum dolorem: quia sibi leucothoẽ ꝓlatam videbat. Gentis odorifere. odores ferentis. hoc est arabice. Formosissima eurymone. pulcherrima Eurymone autẽ: vt scribit in theogonia hesiodus: nympha fuit oceani ⁊ tethios filia: vxor orchami achemenionũ regis. altera fuit apollinis filia que thalioni marito adrastum argiuorũ regẽ atq; crippylẽ peperit. Achemenas perficas. nã achemenij perse: ⁊ parthi populi sunt finitimi. A prisco belo. a primo belo qui abantẽ genuit. abas acrisium. Acrisius danaen. danaes perseum. Perseus bachemonem. Bachemon achemonem. a quo achemenia est appellata. Achemenes vero orchamum. Axe sub hesperio solis equorum pascua describit. que sunt in occidẽte ambrosiam ferentia: cuius pastu solis equi per noctem reparantur ad diuturnos labores tolerandos. Axe sub hesperio sub celo occidentali. duo nanq; sunt axes (vt Seruius quoq; scribit) qui et vertices et poli dicuntur arcticus siue bo-

Eurymõe

Circe

Efficit. ⁊ lecto circundata collocat apte.
Vt venere thorum cõiunx ⁊ adulter in vnum.
Arte viri vinclisq; noua ratione paratis
In medijs ambo deprensi amplexibus herent
Lemnius ex templo valuas patefecit eburnas.
Admisitq; deos. illi iacuere ligati
Turpiter. atq; aliquis de dijs nõ tristibus optat
Sic fieri turpis. superi risere. diuq;
Hec fuit in toto notissima fabula celo.
Exigit indicij memorem cytherea penaz.
Inq; vices illum tectos qui lesit amores.
Vedit amore pari. quid nunc hyperione nate
Forma coloriq; tibi radiataq; lumina prosunt.
Mempe tuis oẽs qui terras ignibus vris.
Vreris igne nouo. quiq; omnia cernere debes
Leucothoen spectas ⁊ virgine figis in vna
Quos mũdo debes oculos. modo surgis eoo
Tẽperius celo. modo serius incidis vndis.
Spectandiq; mora brumales pozrigis horas
Deficis interdũ. vitiũq; in lumina mentis
Transit. et obscurus mortalia pectora terres.
Mec tibi ꝙ lune terris propioris imago.
Obstiterit palles: facit hunc amor ipse colorem
Diligis hanc vnã. nec te clym eneq; rhodosq;
Mec tenet aee genitrix pulcherrima circes
Queq; tuos clycie q̃uis despecta petebat.
Concubitus. ipsoq; illo graue vulnus habebat
Tempore. leucothoe multarũ obliuia fecit
Gentis odorifere quam formosissima partu
Edidit eurymone. sed postq̃ filia creuit.
Quã mater cunctas. tam matrẽ filia vicit.
Rexit acemenias vrbes pater orchamus. isq;
Septimus a prisco numeratur origine belo.
Axe sub hesperio sunt pascua solis equorum.
Ambrosiam pro gramine habent. ea fessa diurnis
Membra ministerijs nutrit. reparatq; labori

realis qui a nobis semper videtur: et antarticus siue nothus et australis qui nūq̄ a nobis videri potest. apem ergo pro celo posuit. est autem proprie apis: vt scribit apuleius. directio quedā a polis velut a cardinibus profecta. diuisor et diserminator mundi orbem terre in medieta te cōstituens. ambrosia vero que immor talitas interpretatur: cibus est deorum: Ambrosia qua etiam equi solis pasci dicuntur. est autem herba quaz dioscorides artemisiā esse ait. Thalamos amatos. amice leucothoes cubiculū. Ducētē deducētē filantē Leuia stamina. mollia. Arbitrium. facultatem. Et colus instrumentum est cui appenduntur stamina filanda. Et fusi. horum inuentor closter arachnes filius a Plinio fuisse narratur. Nitore. pulchritudine. splendore. Neq̄ enim moderatus. cur inuideret clytie causam assignat. nimis enz erat solis amor in leucothoen Diffamatum vulgatum. Et ille. manu solem indicat patri leucothoe. Crudus. crudelis. Enectum. necatum. obrutum. Exāgue. mortuum sine sanguine. Volucrum moderator equorum. periphrasis est apollinis qui moderator r rector est velocissimorum equorum ac volantium potius q̄ currentium: vt plene in secundo vidimus. Post phaetonteos ignes post fulmina quibus phaeton fuit absumptus. Belidos artus. mortua membra: id em̄ quod sequitur pro eo quod procedit: r cōtra se penumero ponitur a poetis. Reuocare. reducere. Fatum fati necessitas. Nectare odorato. suauissimi odoris liquore. Est enim nectar deorum potior: vt iam sepius diximus. Tanges tamen ethera dixit. Quāuis inquit apollo te ad vitam reuocare non possit: ad celū tamen peruenies. Nam thuris fumus ad deos vsq̄ in celū peruenire creditur. Delicuit. molle et tenerum factum est a deliquesco preteritum. Sensim. paulatim. Cacumine in summitate. Tumulum harene aggerem.

Dumq̄ ibi quadrupedes celestia pabula carpunt
Noxq̄ vicē peragit: thalamos deus intrat amatos
Versus in eurymones faciem genitricis r inter
Bis sex leucothoen famulas ad lumina cernit:
Leuia versato ducentem stamina fuso.
Ergo vbi ceu mater care dedit oscula nate:
Rem̄ait archana est: fabule discedite: ne ve
Eripite arbitrium matri secreta loquendi.
Paruerant: thalamoq̄ deus sine teste relictus.
Ille ego sum dixit. qui longum metior annū
Omnia qui video. per quē videt omnia tellus.
Mundi oculus mihi crede places. pauet illa metuq̄
Et colus r fusi digitis cecidere remissis
Ipse timor decuit. nec lōgius ille moratus
In veram rediit speciez. solitūq̄ nitorem
At virgo quāuis inopino territa visu.
Victa nitore dei posita vim passa querela est.
Inuidit clytie. neq̄ enim moderatus in illam
Solis amor fuerat. stimulataq̄ pellicis ira
Vulgat adulteriū. diffamatūq̄ parenti
Indicat. ille feror immansuetusq̄ precantem
Tendentēq̄ manus ad lumina solis. r ille
Vim tulit inuite dicentē. defodit alta
Crudus humo. tumulūq̄ sup grauis addit harene
Dissipat hunc radijs hyperione natus. iterq̄
Dat tibi. quo possis defossos promere vultus
Nec tu iam poteras enectum pōdere terre
Tollere nympha caput. corpusq̄ exāgue iacebas
Nil illo fertur volucrum moderator equorū
Post phaetōteos vidisse dolentius ignes
Ille quidem gelidos radiorum viribus artus
Si queat in viuum tentat reuocare colorem.
Sed quoniam tantis factum conatibus obstat.
Nectare odorato sparsit corpusq̄ locumq̄
Multaq̄ perquestus. tanges tamen ethera dixit
Protinus imbutum celesti nectare corpus
Delicuit. terrāq̄ suo madefecit odore.
Virgaq̄ per glebas sensim radicib⁹ actis
Thurea surrexit. tumulumq̄ cacumine rupit.

¶ Fabule quinte quarti libri argumentum. Lactanti⁹.
¶ Clytie nympha supradicta ob iniuriam ante dilecta ab amatore deserta ita tenuat⁹ viscerib⁹ ē. vt in herbā cōuerte-

retur:que primū cōseruans amorem eiusdē dei Heliotropiū dicereturcursumq; seruaret eiusdem dei.

At clytien.cuius amor excusare dolorem.
Iudiciumq; dolor poterat.non amplius autor
Lucis adit.veneriscq; modum sibi fecit in illa.
Tabuit ex illo dementer amoribus
Nympharum impatiens.t sub ioue nocte dieq;
Sedit humo nuda nudis incompta capillis
Perq; nouem luces expers undeq; cibiq;
Rore mero lachrymisq; suis ieiunia pauit.
Nec se mouit humo tantum spectabat euntis
Ora dei.vultusq; suos flectebat ad illum
Membra ferunt hesisse solo.partēq; colouis
Luridus exangues pallor cōuertit in herbas.
Est in parte rubor.violecq; simillimus ora
Flos tegit.illa suum quāuis radice tenetur.
Vertitur ad solem.mutataq; seruat amorem.

¶Fabule sexte quarti libri argumentū. Lactantius.
¶Adiicit quoq; de daphnide ideo pastore dictura. Qui q̄ fidem coniugij non prestiterit:abierit in saxum.

Dixerat.t factum mirabile ceperat aures
Pars fieri potuisse negant pars omnia veros
Posse deos memorāt.sed non est bacchus in illis
Poscitur alcithoe.post q̄ siluere sorores
Que radio stantis percurrens stamina tele
Vulgatos taceo dixit pastores amores
Daphnidis idei.quem nymphe pellicis ira
Cōtulit in saxum.tantus dolor uit amantes

¶Fabule septime quarti libri argumētū. Lactantius
¶Hūc de scythone qui ex viro in feminam cesserat.

Nec loquar.vt quōdam nature iure nouato.
Ambiguus fuerit mō vir.mō femina scyton.

¶Fabule.viij.quarti libri argumētū. Lactantius
¶Necq; etiā casus relatura Celmi aut adamantis: Curetumq; qui ex hymbribus sunt procreati.

Te quoq; nunc adamas.quōdā fidissime paruo
Celme ioui.largoq; satos curetas ab hymbri

¶Fabule.ix.quarti libri argumentū. Lactantius.
¶Uel de croco aut Smilace qui in florem versi sunt.

Et crocon in paruos versum cū smilace flores

¶Fabule.x.quarti libri argumētū. Lactantius.
¶Refert q̄ Salmacidē fontē Carie:cui⁹ligre ptacti i molliciē ꝙ fi ōfigurenť. Mercuri⁹ eū expvenere q̄ duplici figura herma phrodit⁹ vocať genuisset:eūq; naiades niphe i idā mōte educauisset:relict sedib⁹ i cariāvēit. Hospicato fōte opacissimi soli ac placēt aq̄ cursuq; ptinuit.q̄ diuti⁹ eo loco morāte

At clytien.clytie nympha a sole derelicta cum nouez dies sine vllo cibo ac potu exegisset.tandem deorum miseratione in herbam heliotropium conuersa fingitur que nunc quoq; pristini amoris memor conti nue folia ad solem vertit.vnde etiam nomen accepit. nam heliotropium dicitur solis conuersio.illios namq; sol tropi cōuersio dicitur. Quāuis amor excusare dolorem .amore enim quo apollinem prosequebatur doledat clytie sibi aliam preferri. Dolore autem coacta indicauit patri leuchotoes cum sole concubitū. Autor lucis.periphrasis est solis qui lucis est effector. Modum.finem. Tabuit ex illo.ex eo inquit tempore quo a sole fuit derelicta tabescere cepit clytie commertiumq; aliarum nympharum fugere. Sub ioue. sub diuo ad aerem. Nouem luces nouez dies Flectebat.vertebat. Hesisse affixa fuisse terre sic vt surgere non posset. Luridus. fuscus. Vertitur ad solem.ad nomen herbe que heliotropium dicitur alludit. Suum.a se amatum.mutata in heliotropiū herbam conuersa. Ceperat. occupauerat.delectarat. Poscitur.alcithoe rogatur vt aliquid fabularum narret. Que radio nauicula. instrumentum est ligneum quo vtuntur textores. Stantis tele.pendentis. Idei phrygij. nam ida mons est phrigie et crete. Contulit.cōuertit. Has autem fabulas que vix vnq; apud aliquē prestantum poetarum inueniuntur breuiter percurrit poeta.videns illas nullo fere in vsu futuras. Tantus dolor uit amantes. Acclamatio est in amantum zelotypiam. Tantus inquit dolor amantes cruciat vt sepenumero amatos perdant.

Clyte i he liotropiū.

Nec loquor. Scython quidaz ex mare in feminam mirando quodaz modo fuit cō mutatus. Id autem fieri posse Plinius quoq; autor. Te quoq; nūc adamas. Celmus nutricius fuit iouis cui duz paruus erat:fuit admodum gratus. Posteaq; vero iuppiter deorum imperium est adeptꝰ ipsum in adamantem conuertit:quia vulgasset iouem fuisse mortalem. Largoq; satos curetas ab hymbri. Curetes populi fuere Crete antiquissimi qui vna cum corybantibus iouem nutriuere. Sed cum deinde religionem contemnerent abiouе ipso hymbribus fuere deleti. Postea vero cum nemo deos coleret ex fungie eosdem curetas reparauit. Et crocon. Crocos adolescens fuit quem similaz virgo cum amaret neqfrui posset ambo in flores conuersi fuerunt. Unde similiacet. croceeq; corone dicuntur. Sane similaz vtscribit Galenus etiam sine s littera interdum enunciatur. Unde fit infamis. Salmacis fons est carie quez qui ingrediuntur:effeminati ac molles egrediunt.

Scython i feminam.

Daphnis ide⁹i saxuz Celmus in adamātē.

Crocoscū similace in flores.

Salmacis fons.

Huius autem rei causam poeta refert in hermaphroditi preces: qui parentes rogauit vt quemadmodum ipse sic alij quoq; fontem illum intrantes molleſcerent. Nam hermaphroditus mercurij ac veneris filius fuit formoſiſſimus: qui cum in fontem ſalmacidis nymphe ingreſſus foret: ita a nympha fuit colligat⁹ vt ex duobus corporibus vnum fieret vtrumq; habens ſexum. Vnde etiã nunc hermaphroditi vtroq; prediti ſunt ſexu. Eneruet. neruos acuires eripiat effeminet. Remolliat molles ac effeminatos efficiat. Diua cythereide. venere. Sub ideis antris. in ſpeluncis ide montis phrygie. Cuius erat facies. Formoſiſſimum fuiſſe hermaphroditum ſignificat. cum ſimilem eum fuiſſe parentibus dicat. Nomen ergo traxit ab illis. Nam hermaphroditus apo tu ermu. hoc eſt mercurio aphroditis venere fuit appellatus. Studio. cupiditate ⁊ animi inclinatione. Lycias vrbes. Lycia Lydia ⁊ caria prouincie ſunt finitime. Caras adit. Cares populi ſunt carie. Eſt autem accuſatiuus grecus. Car enim caros declinatur in maſculino: in feminino autem caiera. Carre verovrbs eſt meſopotamie. Craſſi cede nobilis a carra ſyrie fluuio denominata. Videt hoc hoc ſtagnũ. Fõtis ſalmacidis deſcriptio. Viuo ceſpite. Naturali terra. Nympha colit. habitat. Idẽ autem cum fonte nomen habet. Salmacis enim nympha vt ſcribit Sextus Põpe. Celi ⁊ terre filia molliſſima fertur fuiſſe cauſa fontis. Halycarnaſi. aquẽ appelande Salmacidis: quam qui bibiſſet: vitio impudicitie molleſceret ob eaz cauſaz q eius aditus angustatus parietibus occaſionem largitur iuuenibus petulantibus puerorum puellarumq; violandaruz quia non patet effugiũ. vnde ennius Salmacidas ſpolia ſine ſanguine ⁊ ſudore. Quod in molles atq; effeminatos dictũ corrupte legitur in primo de officijs Ciceronis. ineptecq; ab iis qui in illud opuscõmentaria ſcripſerũt: exponitur: vt in quadam diſputatione noſtra que circũfertur copioſius diximus. Duris venatibus. labdoriofis venationibus. Cythoriaco. pulchro qualis venerem deceret. Aut certe cythoriaco legendum eſt a cythoro monte buxis abundante: ex quo ligno pulchri pectines conficiuntur. Perlucenti amictu. perlucida veſte. Significat autem hanc nympham molliſſimam fuiſſe. Incubat. recubat. iacet. Cõpoſuit. ornauit.

Hermaphroditus

ſalmacj. Naiadũ dũ flores legit: ſpicatis veſtigijs diligere cepit q paulatiz circa mõtẽ Monacrinũ morat⁹ dũ blãdicia liquoris pcibuſq; tenet nymphe: fõte ſe merſit: ac ꝓteſtiz cõplexu naiadis ihefit: nec añ ab ea dimiſſ⁹ẽ: quã a dijs ipetraſſet: vnaz vt cederet ſpeciẽ: data itaq; venia. hermaphrodit⁹ poſtq; ſe aiaduertit nec virũ nec feminã factũ: a parẽtib⁹ impetrauit: ne infamis ſolus eſſet: vt q̃cunq; eius fontis aqua contractus eſſet: proinde vt ipſe molleſceret.

Preterea. dulciq; animos nouitate tenebo
Vnde ſit infamis. quare male fortibus vndis
Salmacis eneruet. tactoſq; remolliat artus
Diſcite. cauſa latet. vis eſt notiſſima fontis
Mercurio puerum diua cythereide natum
Naiades ideis enutriuere ſub antris
Cuius erat facies. in qua materq; paterq;
Cognoſci poſſent. nomen quoq; traxit ab illis
Ter tria cum primum fecit quinquẽnia. montes
Deſeruit patrios. idaq; altrice relicta
Ignotis errare locis. ignota videre
Flumina gaudebat ſtudio minuẽte laborem
Ille etiam lycias vrbes. lycieq; propinquos
Caras adit. videt hic ſtagnum lucentis ad imum
Vſq; ſolum lymphe. non illic canna paluſtris
Nec ſteriles vlne. nec acuta cuſpide iunci.
Perſpicuus liquor eſt. ſtagni tamen vltima viuo
Ceſpite cinguntur. ſemperq; virẽtibus herbis
Nympha colit. ſed nec venatibus apta. nec arcus
Flectere que ſoleat. nec que contendere curſu
Solaq; naiadum celeri non nota diane
Sepe ſuas. illi fama eſt dixiſſe ſorores
Salmaci vel iaculum vel pictas ſume pharetras.
Et tua cum duris venatibus ocia miſce.
Nec iaculum ſumit. nec pictas illa pharetras
Nec ſua cum duris venatibus ocia miſcet.
Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus
Sepe cythoriaco diducit pectine crines.
Et quid ſe deceat. ſpectatas conſulit vndas
Nunc perlucenti circundata corpus amictu
Mollib⁹ aut foliis. aut mollib⁹ incubat herbis
Sepe legit flores. ⁊ tunc quoq; forte legebat
Cum puerum vidit viſumq; optauit habere.
Nec tamen ante adiit. ⁊ ſi properabat adire
Quam ſe compoſuit. q̃ circũſpexit amictus.

Et finxit vultum.et meruit formosa videri
Tunc sic orsa loqui puero dignissime credi
Esse deus.sed tu deus es.potes esse cupido.
Siue es mortalis qui te genuere beati
Et mater felix.t fortunata profecto
Si qua tibi soror est.t que dedit vbera nutrix
Sed longe cunctis longeq beatior illa est.
Si qua tibi sponsa est.si quam dignabere;teda.
Hic tibi siue aliqua est.mea sit furtiua voluptas
Seu nulla est.ego sim thalamūq3 ineamus eundem
Nais ab histacuit.pueri rubor ora notauit.
Nescit quid sit amor.sed t erubuisse decebat.
Hic color aprica pendentibus arbore pomis
Aut eburi tincto est.aut sub candore rubenti
Cum frustra resonant era auxiliaria lune.
Poscenti nymphe sine fine sororia saltez
Oscula.iamq manus ad eburnea colla ferenti
Desinis an fugio tecumq3 ait ista relinquo.
Salmacis extimuit.locaq3 hec tibi libera trado
Hospes ait simulat gradu discedere verso
Tum quoq3 respiciens fruticumq3 recōdita silua
Delituit flexoq3 genu summisit.at ille
Scilicet vt vacuus t inobseruatus in herbis
Huc it.t hinc illuc.t in alludentibus vndis
Summa pedum talo q3 tenus vestigia tingit
Nec mora.temperie blandarum captus aquarum.
Mollia de tenero velamina corpore ponit.
Tum vero stupuit.nudeq3 cupidine forme
Salmacis exarsit.flagrant quoq3 lumina nymphe
Non aliter q3 cum puro nitidissimus orbe
Opposita speculi refertur imagine phebus
Vixq3 morā patitur.vix iā sua gaudia differt
Iam cupit amplecti.iam se male cōtinet amēs
Ille canis velox applauso corpore palmis
Desilit in latices.alternaq3 brachia iactans
In liquidis translucet aquis.vt eburnea si quis
Signa tegat claro vel candida lilia vitro.
Vicimus t meus est exclamat nais.t omni
Veste procul iacta medijs immittitur vndis.
Pugnantēq3 tenet.luctantiaq3 oscula carpit.
Subiectasq3 manus.inuitaq3 pectora tangit

Et finxit vultum: sumpsit vultum blandum amanticq aptum. Si quam dignabere teda. Si quam tuis nuptijs dignā estimabis. Hic tibi siue aliqua est. Si inqt sponsam habes mecu3 velis hoc loco furtim coire. Sin vero non habes me velim accipias vxorem. Ab ijs. post hec. Hic color. His similitudinibus declarat qualis esset hermaphroditi pueri color: posteaq audita nymphe oratione erubuit. Aprica. soli exposita. Arbores autem soli exposite rubicunda poma ferre solent. Aut eburi tincto. Minio ac purpureo colore picto. Aut sub candore rubenti lune: hoc est lune eclypsim patienti. Tunc enim rubescere videtur. Cum frustra resonant. frustra perstrepunt. nihil enim lune deficienti prosunt: quis vulgus putet carmina veneficarum ereorum vasorum tinnitibus impediri. ne eclypsim lune inducant. vnde Iuuenalis loquacitatem mulierum carpens inquit. Una laboranti poterit succurrere lune. Era. erea vasa. Auxiliaria. auxilium lune afferentia ne veneficarum deficiat carminibus. Sororia oscula. casta t pudica: qualia sorores decent. Est autem adiectiuum nomen sororius a sorore declinatum neq3 eum significat qui alicuius sororem duxit vxorem: vt quidam putant. Eburnea candida vt ebur. Desinis an fugio. Aut desine inquit. aut ego hinc fugiam. ac tibi soli ista loca relinquam. Extimuit. ne fugeret. Gradu verso. cōuerso gressu t passu. Fruticum, silua. Frutices medij sunt inter arbores et herbas. Vt vacu9 vt pote ociosus t alijs curis solutus. Et inobseruatus. non visus a quoq3 non notatus. Alludentibus. que alludere sibi blandiriq videbantur. Mollia velamina. Molles vestes ac tenues. Flagrant quoq3 lumina nymphe. hoc ē oculi quoq3 nymphe. Salmacidos flagrare videntur. Nam etiā oculis prodebat quanta potiundi pueri cupiditate teneretur id quod amore captis fere visu venire solet. Mō aliter. Sic inquit oculi nymphe flagrare videntur ac splendere: vt solis radij sereno aere: cū ipsis speculum opponitur. nam tunc t splendidissimi videntur t ignem contrahunt. Puro orbe. nebulis carente: t sereno aere. Ille canis velox. Natantiū morem exprimit. Ingressuri enim aquas manibus canis corpus sibi percutiunt. Liquidis. puris. Signa. statuas. Luctantia oscula carpit ab illo reluctāte. Est ēn hypallage. Inuita. pilli inuito ac nolēti. altera hypallage

Mitentem contra.repugnantem. reluctãtem. Implicat vt serpens. His similitudinibus ostendit q̃ arctum strictumq̃ teneat salmacis Hermaphroditum. Regia ales.aquila.quam idcirco in iouis tutela esse dicitur q̃ ex auibus sola nunq̃ fulmine tangatur. Est autez serpentibus infestissima a quibus sepenumero ita implicatur: vt in terram vna cum illis decidat.

Hermaphroditus cuius salmacide i vnus corpus.

Spaciantes.spacioſe ⁊ late ſe iactantes.

Polypꝰ.

Polypus.piſcis eſt mare magnitudinis multos habens pedes. vnde etiam nomen accepit.nam polys multus pus podos pes dicitur. Hic inſidiatur piſcatoribus quos ſi ceperit:omnibus pedibus q̃ flagella vocat poeta: ſic ſtringit: vt nullo pacto effugere poſſint. Eſt etiaz morbus a ſimilitudine piſcis dictus nares maxime infeſtans. de quo Horatius Balbinum polypus agne. Perſtat.in propoſito perſeuerat. Attãtides.pronepos athlãtis.nam athlas maiaz genuit. Maia mercurium. Mercurius hermaphroditum. Diducat.ſeparet. Suos propios.⁊ propitios. Conducat.coniungat. Coierunt coniuncta fuerunt. Neutrũ.nec puer.nec puella.⁊ vtrunq̃.quia ſexum vtrumq̃ habebat. Ergo vbi. Nunc aſſignat cauſam: id quod in narrationis principio pollicita eſt alcitoe cur ſalmacidis fontem ingredientes molles effeminatiq̃ reddantur. Quo vir. In quas vir non mollis:ſed fortis et conſtans deſcenderat et ingreſſus fuerat. Semimarem ſemiuirum ⁊ effeminatum.mollita. mollia facta. Venerit ingreſſus fuerit. Biformis.qui et maris et femine formam referebat qualem hermaphroditi habent. Incerto ignoto. Finis erat dictis. Alcithoe vna cum ſororibus poſt finitas fabulas ira bacchi:cuius ſacra contemnebant.inveſpertiliones aues fuerunt conuerſe: ac earum domus incenſa. Mineia proles. Minei filia. Vrget opus:operi inſtat. Prophanat polluit.prophanum ac non ſacrum efficit: Prophanum enim opponitur ſacro. Tinnula Tinnientia ac reſonãtia. Tinnire propie dicuntur era percuſſa. Unde etiã tintinabula ſunt appellata. Myrrheq̃ croci. Illis enim delibutus bacchus ad eas fuerat ingreſſus:q̃uis non videretur. Reſq̃ fide maior. hoc eſt maior q̃ cui fides debeat adhiberi. Multas autem in tranſcurſu metamorphoſis poeta deſcribit ſic aperte vt nulla indigeant expoſitione. Jamq̃ dies exactus erat. Jam inquit

Tele in hederam et vites

Et nunc hac iuuenit:nunc circunfunditur illae
Deniq̃ nitentem contra.elabiq̃ volentem
Implicat vt ſerpẽs quam regia ſuſtinet ales.
Sublimenq̃ rapit pendens caput illa pedeſq̃
Alligat.⁊ cauda ſpaciantes implicat alas
Utq̃ ſolent hedere longos intexere truncos
Ut ve ſub equoribus deprenſum polypus hoſtem
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.
Perſtat athlantiades.ſperataq̃ gaudia nymphe
Denegat.illa premit.demiſſaq̃ corpore toto
Sicut inhereb at.pugnes licet improbe dixit
Non tamen effugies.ita dij iubeatis.⁊ iſtum
Nulla dies a me.nec me deducat ab iſto.
Vota ſuos habuere deos.nã mixta duorum
Corpora iunguntur.faciesq̃ inducitur illis
Una.velut ſi quis conducat cortice ramos.
Creſcendo iungi pariterq̃ adoleſcere cernit.
Sic vbi complexu coierunt membra tenaci
Nec duo ſunt.ſed fo ma duplex.nec femina dici
Nec puer vt poſſit.neutrumq̃ vtrunq̃ videtur
Ergo vbi ſe liquidas.quo vir deſcenderat vndas
Semimarem feciſſe videt.mollitaq̃ in illis
Membra.manus tendens.ſed iam non voce virili
Hermaphroditus ait.nato date munera veſtro
Et pater et genitrix amborum nomen habenti
Quiſquis in hos fontes vir venerit.exeat inde
Semiuir.⁊ tactis ſubito molleſcat in vndis.
Motus vterq̃ parens nati rata verba biformis
Fecit.⁊ incerto fontem medicamine tinxit.

¶ Fabule.xi.quarti libri argumentũ. Lactantius: ¶ Minides Thebane ſorores fuiſſe pducunt:q̃rũ ſolertiſſime Leucothoe ⁊ Leuconoe q̃ liberi ſacra in cõceptũ deuo cauerit minerue lanificio addicte ex improuiſo die numis vocib9 tibiarũ ⁊tympanorũ ſono exterrite:ſũt q̃ in ſpectu nõ viderẽt:⁊vt aliaduertere telas inſtrumẽtaq̃ ſua i hederã ac vites repẽte mutata:⁊locũ aſſuetũ feris repletũ noctẽq̃ oſ fuſcã timẽtib9 in volucres verſe ſũt q̃ veſpertiliones vocant Finis erat dictis.et adhuc mineia proles
Vrget opus.ſpernitq̃ deum feſtũq̃ prophanat
Tympana cum ſubito non apparentia raucis
Obſtupuere ſonis.et adunco tibia cornu
Tinnulaq̃ era ſonant.et olent myrrheq̃ crociq̃
Reſq̃ fide maior.cepere vireſcere tele
Inq̃ hedere faciem pendens frondeſcere veſtis

Pars abit in vites.t que modo fila fuerunt
Palmite mutantur.de stamine pampinus erit.
Purpura fulgorem pictis accommodat vuis
Iamq; dies exactus erat tempusq; subibat.
Quod tu nec tenebras.nec posses dicere lucem.
Sed cum luce tamen dubie confinia noctis
Tecta repente quati.pingues q; ardere videntur
Lampades.t rutilis collucent ignibus edes.
Falsaq; seuarum simulacra vlulare ferarum
Fumida iamdudum latitant per tecta sorores.
Diuerseq; locis ignes ac lumina vitant.
Duq; petūt tenebras.paruos membrana per artus
Horrigitur.tenuesq; includunt brachia penne
Nec qua perdiderint veterem ratione figuraz
Scire sinunt tenebre.non illas pluma leuauit.
Sustinuere tamē se perlucentibus alis.
Conateq; loqui minimam pro corpore vocem
Emittunt.peraguntq; leues stridore querelas
Tectaq; non syluas celebrant.luce emq; perose
Nocte volant.seroq; tenent a vespere nomen.

¶Fabule.xij.quarti libri argumentuz. Lactātius.

¶Iuno grauiter ferēs qō ino liberi altrix sororiꝭ punitis cū duob⁹ remaneret liberis i vita ꝓtēptrix nūinis sui p Tenarū pmōtoriū pelopōnesi feraz sequēs iter ad Erinnes vltrices ipioz descēdit:petitq; ab eis vt Athamāta cū ꝓiuge Ino aduersos nūinis sui vlciscerenť:quaz vna iperio parēs dee relicta regia.Bitq; ad suposegressa ēt athamātis regiā ꝓtigit i finu ei⁹ ac ꝓiugis angues ac vir⁹ q⁹ tensus eoz alter narenť iniecit.Quā ob insaniā ille Learchū filiū i venatiōe p fera interfecit.Ino aūt Melicertē ex scopulo secū i pfundū ꝓcipitauit.Qui veneris pcib⁹ p nepote habitus a neptuno pelagi rectore in deoz cessere numerū:itavt melicertes.Palemō ipsa Ino Leucothoe inter marinos deos nūcupenť.

Tum vero t otis bacchi memorabile thebis
Numen erat.magnaq; noui matertera vires
Narrat vbiq; dei.de totq; sororibus expers
Una doloris erat.nisi quem fecere sorores.
Aspicit hanc natis thalamoq; athamātis habētem
Sublimes animos.t alumni numine iuno
Non tulit.t secum potuit de pellice natus
Uertere meonios.pelagoq; ummergere nautas
Et laceranda sue nati dare viscera matri.
Et triplices operire nouis mineidas alis
Nil poterit iuno.nisi multos flere dolores

dies erat preteritus.Quod ne tenebras Crepusculi descriptio est:nā crepusculuz dubia lux dicit.Pingues lāpades. faces ex pingui t resinā ferenti teda cōfecte.nō autem propter oleuz pingues. Nam pas enim generale est vocabulū omniū eoꝝ que accensa lucent.Ferarū.tygiuz et lyncum que fere bacchi currū trahere dicuntur.Membrana.cartilago que membrana charta esse videtur. Tenuesq;.hoc est brachia in alas fuere cōuersa.Veterem figuram.pristinā t humanā formā.Non illas pluma leuauit.Ineides inquit plume leuitate non fuerunt in aereꝫ sublate: sed transluce ntibus t cartilagineis alis. Vespertiliōes enim sunt implumes. pro corpore.pro corporis magnitudine. Seroq; tenent a vespere nomen. Vespertiliones enim a vespere dicuntur. Tum vero totis. Vespertilionis descriptio.

Ino bacchi nutrix ac matertera vporq; athamātis in odiū iunonis icidit quod vbi bacchi vires laudibus extollebat.cum t alumni et mariti t filiorum felicitate nimium superbaviderētur.hanc igitur iuno vt afflingeret ad inferos descendens vnam e furijs excitauit:que athamāta in tantum furorem conjecit:vt learchū filium interfecerit.Ino autem mariti furorem fugiens e scopulo se vna cum melicerta altero filio in mare precipitauit.qui veneris pcibus a neptuno excepti.t Ino in leucothoam deam. que matuta.t melicerta in Palemonem:qui latine portunus dicitur fuere commutati. Matertera.Ino enim semeles fuit sororꝫque bachum tanq; filium educauit. De totq; sororibus expers. Una doloris erat. Sola dolore carebat. Alie namq; sorores filios amiserant. Agaue pentheum. auctonoe. acteonez. Nisi quez fecere sorores. Ex infortunijs namq; sorox doloꝝ capiebat inuidiaꝫ felix haberi poterat. Natis filijs learcho t melicerta. Thalamo athamantis nuptijs athamātis thebanoz principis ac eoli regis ventoꝝ filij. Sublimes animos elatos ac superbos. Alumni.bachi quē aluerat. Alumnus aūt semper in passiua accipitur significatione quamuis quidā Laurētiovalle cōtradicere pulchrū putātes in actiua quoq; inueniri contendant. Numine.diuinitate. Nō tulit .tolerare nō potuit.et secū locuta ē subaudiaꝫ De pellice natus.bacchus semeles filius Meonios nautas.tyrrhenos qui a meonia erāt oriūdi.Uertere cōuertere in delphinos vt pauloante vidimꝰ.Et laceranda.pētheū figt q vt vidimꝰ:sub aprī forma a matre materterisq; fuit dilacerat⁹. Triplicestres.Mouis alis.q; antea nūq; vise fuerūt.nam ex sola cartilagine ac membrana constāt.Pētheia cede.pēthei occisione.Est aūt possessiuū trisyllabū cuius penultima apud grecos cū ei diphthōgo

Alumnus.

Via ad inferos.

Inferorum vrbis descriptio.

Furie.

Adamas.

Titius.

Tantalus

Sisyphus

Icribitur.q̄ quidē vel in e vel in i lōgā a nobis cōuerti solet:q̄uis antiq̄ eadē ei diphthōgo vterenf. Cur nō stimulef. i furorē agaf. Jno sororꝫ exēplo. Est via decliuis:uiā q̄ ducit ad inferos p̄mū describit. Dei de ipsas sedes ifernas. Nubila vmbrosa. obscura. funesta tapo. ferali ac pestifera. nā tapꝫ arbor ē maxime venenosa. Vñ toxica fuere venenata: vt Plinꝰ scribit. Ducit ad ifernas deest q̄. ficverg. Vrbs antiqua fuit tyri tenuere coloni. deest quā.

Stix iners. imobilis. paludes em̄ que nō mouētur ꝛ nebulas ꝛ tetrū emittūt odorē. Simulacraq̄ functa sepulchris. hoc ē aie quaꝝ corpa sepulchra sortita sunt. nā quarū cadauera ifepulta iacerēt: ijs trāsire stigē paludē nō dabaf p̄m p̄uisoꝝ opinionē. Senta. senticosa. spinosa. Sentes em̄ spine dicuntur. Stygiā vrbem. infernā. Fera regia. crudelis aula. Nigri ditis. plutonis. Mille capax magnitudinē vrbis inferne significat. Nec vlli exiguꝰ populo ē vlli multitudini quātalibet sit anime nāq̄ locū uō occupāt cū sint incorporee. Parsq̄ forū celebrāt. Jd sequif qō inqt in sexto Verg. Nā vnusquisq̄ apud inferos ijsdē studijs delectaf q̄bꝰ dū viuere tenebaf. Nōnulli ergo apud inferos sunt causidici. alij aulici. alij artifices. alij in carcere detinenf. Jmi. tyranni. inferni regis plutonis. Tātū odijs. Parent hefis est acclamationē cōtinēs. Adesto inqt iuno ab ira odioq̄ vexabaf. Simul postq̄. Cerberus canis est triceps inferoꝝ custos. Sorores nocte genitas. Furias. eumenides nāq̄ noctē ꝛ acherōtis filie fuisse dr̄. Sūt aūt tres. Tesiphōe. Alecto et Megera. Graue ꝛ implacabile numen. Molestum ꝛ quod nullis precibus placari pōt. Adamāte. adamas adeo durus est lapis: vt nulla alia re q̄ hircino sanguine frangi possit. Sedes scelerata vocatur. Sceleratoꝝ sedes vocatur carcer i quo ex ijs qui plectebantur nonnullo enumerat. Viscera. prebebat. Tytius lanīāda tityus terre fuisse filius dicitur adeo magnꝰ vt nouē iugera suo corpe occuparet. hic cū latone vim inferre vellet sagittis apollinis ad inferos detrusus ea pena fuit dānatus vt vultures coꝛ eius nunq̄ exederē cessent. Tibi tantale nulle. Tantalus iouis ex plote nympha filius cum iouis archana hominibus pdidisset. filiumq̄ pelopem oijs hospitio susceptis comedendum apposuisset alias esse carnes mentitus ad inferos detrusus ea pena plectif vt neq̄ bibere aquis etiā labia tangentibus neq̄ quicq̄ comedere possit: q̄uis illius capiti arboꝛ immineat pomis onusta. Hac autem pena auari omnes afficiuidentur qui partis pecunijs p̄ auaritiam vti non possunt. Aut vltges sisyphe. Sisyphus eoli fuit filius q̄ cuꝫ Jsthmū latrocinijs infestaret. a theseo interfectus ea pena apud inferos damnatus est: vt ex ima valle saxum ad montis verticeꝫ nīsq̄ vrgere desistat: nisi cū in vallem descendit ad saxum delapsum iterum in montis cacumen impellendū. Hoc aūt figmento de

Jdq̄ mihi satis est. hec vna potentia nostra est
Ipse docet quid agam. fas est ꝛ ab hoste doceri
Quidq̄ furoꝛ valeat pentheia cede satisq̄
Ac super ostendit cur non stimuletur. eatq̄
Per cognata suis exempla furoꝛibus ino.
Est via decliuis funesta nubila tapo.
Ducit ad infernas per multa silentia sedes
Stix nebulas exaltat iners. vmbꝛeq̄ recentes
Descendunt illac. simulacraq̄ functa sepulchris
Palloꝛ hyemsq̄ tenent late loca senta. nouiq̄
Qua sit iter manes stygiam q̄ ducat ad vrbem.
Ignoꝛant. vbi sit nigri fera regia ditis
Mille capax aditus. ꝛ apertas vndiq̄ portas
Vrbs habet. vtq̄ fretum de tota flumina terra
Sic omnes animas locus accipit ille. nec vlli
Exiguus populo est turbam ve accedere sentit
Errant exangues sine coꝛpoꝛe ꝛ ossibus vmbꝛe
Parsq̄ foꝝ celebrant. pars imi tecta tyranni
Pars aliquas artes antiqua imitamina vite
Exercent. aliam, partem sua pena coercet
Sustinet ire illud celesti sede relicta
(Tantum odijs ireq̄ dabat) saturnia iuno.
Quo simul intrauit. sacroq̄ a coꝛpoꝛe pressum
Intremuit lumen. tria cerberus extulit oꝛa
Et tres latratus simul edidit. illa soꝛores
Nocte vocat genitas graue ꝛ implacabile numen
Carceris ante foꝛes clausas adamante sedebant
Deq̄ suis atros pectebant crinibus angues
Quam simul agnoꝛunt inter caliginis vmbꝛas
Surrexere dee. sedes scelerata vocatur
Viscera prebebat tytius lanianda. nouemq̄
Jugeribus distra ctus erat. tibi tantale nulle
Deprenduntur aque. queq̄ imminet effugit arboꝛ
Aut peris. aut vrges ruiturum sisyphe saxum
Voluitur ixion. ꝛ se sequiturq̄ fugitq̄
Volitiq̄ suis letum patruelibus ause

notant ambitiosi q̄ q̄uis septus in petendis magistratib⁹ repulsā ferāt: ab ambiēdo tū nūq̄ desistunt Voluit ixion. Is iunonē de stupro interpellare ausus rote apud inferos ita fuit alligatus: vt semp vol uat. Belides. beli neptes. Mā belus duos habuit filios. Danaū t Egyptū: pro quo imperii scribūt gisthū. Is q̄nquaginta danai filios totidē suis filijs desponsauit. Sed danaus cū apollinis oraculo didicisset: se q̄q̄ ab vno filiorū egypti sibi genero occisum iri: filiabus mādauit: vt prima nocte q̄q̄ suos maritos occiderent. Que quidē oēs p̄ter vnā hypmestrā natu minimā que lino sponso pepercit: a quo postea danaus fuit interfectus: p̄ri sunt obsecute. Quare ea pena apud inferos sunt dānate: vt cribris aquā haurire nūq̄ desistant. Letum mortē a lendo. qō nō est in vsu: qō mors oia deleat. Patruelibus. Ex duobus fratrib⁹ nati patrueles dicunt. Et añ oēs ixiona. q: ab eo effecta iniuria fuerat cū de stupro fuit interpellata. Rursus ab illo. post illū. Cur b e fratribus. Mā sisyphus t athamas fratres fuere filijq̄ eoli. Cū cōiuge. cū vxore sua ino. Spreuit. cōtēpsit: t exponit causas odij. quo psequit athlantē. Quidq̄ velit exponit etiā quid velit furias facere Staret erecta foret: sed euerteret. t in facinus in scelus traherent athamāta furores b̄ est vt athamas furiosus effect⁹ aliquid mali perpetraret. Impiū. p̄missa. Decora seruat poeta. Mā iratorū cōfusa semp est oro. Tisiphone: vna ex tribus furijs iferni que homicidas maxime punit etiā nomē accepit. nā tio est punitio. phonos cedes ōr. Obstantes colubros. serpētes os impediētes ne loqui posset furie nāq̄ serpētes p crimib⁹ habere fingunt. Longis ambagibus. lōgis v̄boꝝ circuitionibus. longa oratione roratis insperfis. Lustrauit purgauit ab inferorū cōtactu. Thaumātias iris. thaumantis filia. Importuna molesta. fluido cruore corrupto sāguine. Tisiphones aūt apparatū t habitū p̄spicue describit. Luctus comitatur. Scite hi comites attribuunt tisiphone furie. Mā t luctus pauoris t insanie causa esse mortalibus tisiphone vī. Limine athamātis. Postea colhi. in ve. athamanthi colhi nepotis. Pallorq̄ fores infecit acernas aduentu inq̄t tisiphones fores acerne pallide fuerūt effecte: ex quo maxima vis veneni furie illius significat. Fores acernas, ex acere cōfectas. Acer nāq̄ arbor est operū elegātia t subtilitate citro scōa: vt Plinius scribit. Plura ei⁹ sūt gña: q̄ qui videre cupit t plinij. xvi. volumine repetat lr. Solq̄ locū fugit. aduentu tisiphones sol quoq̄ fugatus est. Infelix. infelices faciens. sic Verg. Sis felix nr̄umq̄ leues q̄nciq̄ laborē. Saniēq̄ vomūt venenū ex ore emittūt. Linguisq̄ coruscāt. Linguas vibrāt. Est em̄ trifida et lōgissima serpētib⁹ lingua quā tanta celeritate mouēt vt tres bēe linguas videātur. Graues aīos. difficiles āpios. vulnera. morsus. diros ictus. Hues affectus t p-

Ixion
Belides

Tisiphone

Assidue repetunt. quas perdunt belides vndas
Quos omnes facies postq̄ saturnia torua
Vidit. t ante omnes. ixiona. rursus ab illo
Sisyphon aspiciens. cur hic e fratribus inquit
Perpetuas patitur penas. athamanta superbum
Regia diues habet. qui me cum coniuge semper
Spreuit t exponit causas odijq̄ vieq̄.
Quidq̄ velit quod vellet erat. ne regia cadmi
Staret. t in facinus traherent athamanta furores
Imperium. promissa. preces confundit in vnum
Solicitatq̄ deas. sic hec iunone locuta
Tisiphone canos vt erat turbata capillos
Mouit. t obstantes reiecit ab ore colubros
Atq̄ ita. non longis opus est ambagibus inquit
Facta puta quecunq̄ iubes. inamabile regnum
Defere. teq̄ refer celi melioris ad auras
Leta redit iuno. quam celum intrare parātem a
Roratis lustrauit aquis thaumantias iris
Nec mora tisyphone madefactam sanguine sumit
Importuna facem. fluidoq̄ cruore rubentem
Induitur palam. torto quoq̄ cingitur angue
Egreditur q̄ domo. luctus comitatur euntem
Et pauor t terror. trepidoq̄ insania vultu
Limine constiterat. postes tremuisse feruntur
Aeoli spalloq̄ fores infecit acernas.
Solq̄ locum fudit: monstris exterrita coiunx
Territus est athamas. tectoq̄ exire parabant
Obstitit infelix. aditūq̄ obsedit erynnis.
Nexaq̄ vipereis distendens brachia nodis
Cesarie excussit. mote sonuere colubre
Parsq̄ iacens humeris. pars circū pectora lapse
Sibila dant saniēq̄ vomunt. linguisq̄ coruscant
Inde duos medijs abrupit crinibus, angues
Pestiferaq̄ manu raptos immisit. at illi
Inoosq̄ sinus. athamanteosq̄ pererrant.
Inspiratq̄ graues animos nec vulnera mēbris
Ulla ferunt. mens est que diros sentiat ictus
Attulerat secum liquidi quoq̄ monstra veneni

turbationes. Ictus aũt ꝓprie scorpionũ dicuntur ꝗuis et serpentum. Et virus echidne. hidre serpentis. Echidna vero latine vipera dicitur. Errorescꝫ vagos. errandi vagandiqꝫ cupiditatẽ. Proprio autem epitheto vagos errores poeta vocauit. Cicuta herba est presentissimi veneni. Furiale in furorẽ agens. Mouit in furorem cõmouit. Ignes venti ꝫ facies agitatione cõmotos. Consequitur ignibus assequitur sic vt continenter igneus orbis videretur. Sic victrix voti compos Sumptiꝫ recingitur anguem. serpentẽ quo cincta erat tisiphone resoluit. Furibundus. furiosus. Io comites. vox est et bacchantium et furentium. Rotat. circũdux it. Rigido saxo. duro et aspero. Discutit. discutit. illudit. distringit quatiendo Infantia ora. infantis caput. Sparsi veneni. a tisiphone. Exululat clamores horrendos emittit. Male sana. insana et furiosa. euoe bacche. vox est bacchantium. Sonat clamat. Hos vsus. hanc vtilitatẽ vt furias ꝫ insanias. Imminet. Promõtorium describit. vnde se Ino cũ melicerta filio precipitauit. Summa riget. aspera ꝫ inculta est. In apertũ equor. in latus mare. Occupat. celeriter ascendit. Vires insania fecerat. parenthesis qua reverti similis efficitur. Onusꝫ suus. melicertam filium quem fugiens secum asportauerat Recanduit. candida ꝫ alba facta est propter spumam quã concitatum mare emittere solet. Tametsi candere proprie dicatur ferrum ignitũ. Neptunus que hermiones filie veneris filia fuit. Suo patruo. Neptuno qui frater est iouis: cuius tertia venus esse filia dicitur. Quattuor enim veneres fuisse Cicero in libris de natura deorum scribit. quarus primam que magna venus appellatur celi ac dei filiã fuisse. Secundã ex maris spuma natam. Tertiam iouis ꝫ diones filiam. Quartaꝫ syrĩ et cyprie. Proxima. nam ioui celum. in mundi diuisione. Neptuno terra cum mari obtigit. In ionio immenso. Ioniũ mare est greciam alluens. Est autẽ spondaicus versus nec illius vocalis admittit collisionem. Tuis. marinis. Aliqua eti am mihi. hoc est ego quoꝫ aliquid gratie in mari habere debeo. cum in mari et spuma sim nata: indeꝫ appellata. Obiter autem. Ouidius aliã quoꝫ transformationem exponit. Nam secunda venus vt diximus ex maris spuma ac sanguine celi testiculorũ ꝑcreata fingitur. Saturnus eñ celo patri iratus falce virilia abscidisse eaꝫ in mare precisse narratur: ex quorũ sanguine ꝫ maris spuma ven⁹ concreta esse perhibetur. Vñ etiã Aphrodite apotis aphru: hoc est a spuma vocat.

Veneris origo

aphrodite

Dris cerberei spumas: et virus echidne
Errorescꝫ vagos cecocꝫ oblivia mentis
Et scelus et lachrymas: rabiẽꝫ et cedis amorem:
Omnia trita simul. que sanguine mixta recenti
Coxerat ere cauo viridi versata cicuta.
Dumꝫ pauent illi. vertit furiale venenum
Pectus in amborum. precordiaꝫ intima movit
Tum face iactata per eundem sepius orbem
Consequitur motos velociter ignibus ignes.
Sic victrix iussiꝫ potens ad inania magni
Regna redit diris. sumptũꝫ recingitur anguem
Protinus eolides media furibundus in aula
Clamat Io comites his rhetia tendite silvis
Hic modo cũ gemina visa est mihi prole leena
Utꝫ fere sequitur vestigia coniugis amens.
Decꝫ sinu matris ridentem. ꝫ parua learchum
Brachia tendentẽ rapit. et bis tercꝫ per auras
Vota rotat funde. rigidoꝫ infantia saxo
Discutit ora feror. tum deniꝫ concita mater
Seu dolor hoc fecit. seu sparsi causa veneni
Exululat sparsisꝫ fugit male sana capillis
Tecꝫ ferens paruum nudis melicerta lacertis
Euoe bacche sonat. bacchi sub nomine iuno
Risit. et hos vsus prestet tibi dixit alũnis.
Imminet equoribus scopulus. pars ima cavatur
Fluctibus. ꝫ tectas defendit ab hymbribus vndas
Sũma riget. frontemꝫ in apertũ porrigit equor
Occupat hunc (vires insania fecerat) Ino.
Seqꝫ super pontum nullo tardata timore
Mittit. onusꝫ suum. percussa recanduit vnda.

¶ Fabule. xiij. quarti libri argumentũ. Lactãtius.

¶ Refert quoꝫ venerẽ perhisse a neptunode Ino ꝫ Meli certe: vt in numerũ deorũ referat. Significat enim venus se in vndis esse creatam: quo facilius moverit neptunum

Ast venus immerite neptis miserata labores
Sic patruo blandita suo est. o numen aquarũ
Proxima cui celo cessit neptune potestas.
Magna quidem posco. sed tu miser ere meorũ
Iactari quos cernis in ionio immenso.
Et diis adde tuis: aliqua ꝫ mihi gratia ponto est.
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui. gratũꝫ manet mihi nomen ab illa

Annuit oranti neptunus ꝛ abstulit illis
Quod mortale fuit: maiestatemq; verendam
Impositt. nomenq; simul faciemq; nouauit.
Leucotheaq; deum cū matre palemona dixit

¶ Fabule.xliij.quarti libri argumētum. Lactātius.
¶ Comites Inus qō desiderio regine affecte casum eius merentes defleuerant: ob eandē irā Junonis cuj p̄cipitare se destinassent: ne pari honore a Neptuno excipit possent: in saxa ꝛ aues effecit: vt trāsfigurarentur

Sidonie comites quantū valuere secute
Signa pedum primo videre nouissima saxo.
Nec dubium de morte rate cadmeida palmis.
Deplāxere domum scissis cum veste capillis.
Utq; parum iuste nimiūq; in pellice seue
Jnuidiam fecere dee. conuitia iuno
Non tulit. ꝛ faciam vos ipsas maxima dixit.
Seuitiej monumenta mee. res dicta secuta est.
Nam que precipue fuerat pia. persequar inquit
Jnfreta reginam. saltūq; datura moueri
Haud vsq; potuit scopuloq; affixa cohesit.
Altera dum solito tanta plagore ferire
Pectora. tētatos sentit riguisse lacertos
Jlla manus. vt forte retenderat in maris vndas
Saxea facta manus in easdem porrigit vndas
Huius vt arreptum laniabat vertice crinem.
Duratos subito digitos in crine videres.
Quo queq; in gestu deprensa est. hesit in illo
Pars volucres facte. q̄ nunc quoq; gurgite in illo
Equora distringunt summis cadmeides alis.

¶ Fabule.xv.quarti libri argumentū. Lactātius.
¶ Cadm⁹ Agenoris filiꝰ postq̄ inspector fuerat suarū calamitatū i ꝑitu neptūi perosus Thebarū sedes: cū hermiona Martis ꝛ veneris filia cōiuge sua i illyricos ꝓfugit ibi peracta vita a deis i speciē draconis cōuersꝰ. q̄ initio causa malorū suoꝝ fuisset vota expleta sunt: in dracones versi sunt.

Nescit agenorides natam paruūq; nepotem.
Equoris esse deos. luctu sterileq; malorum
Victus ꝛ ostentis que plurima viderat. exit
Conditor vrbe sua. tanq̄ fortuna locorum
Non sua se premeret. longisq; erroribus actus
Contigit illyricos ꝓfugarū coniuge fines.
Jamq; malis annisq; graues dū prima retractāt
Facta domus. releguntq; suos sermone labores
Num sacer ille mea traiectus cuspide serpens
de prohibente. Turba quantum distabat ab orba. Latona inquit tam est indignata turba filiorum miobes: q̄ ipsa ab orbitate aberat: per quod significatur vehementer indignatā fuisse. Cynthi. cynthus mons est deli: vnde t apollo cynthius et diana cynthia vocātur. En ego vestra parens. Hac oratione latona apollinem simul in dianam incendit ad vlciscendā iniuriam a Niobe acceptam. Animosa magnanima ac superba. An dea sim dubitor licentia poetica dubitor in passiua t voce et significatione poeta finxit cum dubito verbum sit absolutū. Cultis aris. ornatis altaribus. Tantalis. tantali, filia. cum quodam autem contēptu tantalida niobem latona appellat. ac si diceret filia tantali: qui propter impietatē in deos detrusus ad inferos maximis afficitur penis. Linguam paternam. linguam inquit tantali patris pre se tulit. qui deorum archana vulgauit. Deiectura preces cū hec inquit latona retulisset: preces adiectura erat. Pene mora. longa querela est. Ordo est. Nōga querela ē mora. i. facit morā et dilationem pene. i. punitioni seu vindicte de liberis niobes faciende. In oratione autem soluta potius dixero: est more. tc. Phebe. diana: que eadē esse cum luna dicitur. Cadmeida arcem. thebas a cadmo extructas. Planus erat topographia. hoc est loci descriptio i quo niobes filij t equis agitare t se consueuerant exercere. Tyrio succo purpurea tyria significat autem epiphia purpurea fuisse. Auro grauidis. grauibus auro t ornatis atq; auratis. E quibus ismenos. maxim? natorū amphionis et niobes ismenos fuit ab ismeno beotie fluuio appellatus. Prima sarcina. primum vteri onus. nam primogenit? erat. Quadrupedis eq̄ defluit. decidit. Per inane. per aerem. Sipylus a sipylo vrbe cognominatus cum sagitte stridorem audisset fugere cepit. ceterum apollinis sagittam vitare nō potuit. Frena dabat. equis currere permittebat. Prescius. precognoscens futuram tempestatem. Summa ceruice. in colli summitate.

Cynthus.

Niobes filij

Ismenos.

Maior sum q̄ cui possit fortuna nocere
Multaq; vt eripiat. multo mihi plura relinquet.
Excessere metum mea iam bona. fingite demi
Huic aliquid populo natorum posse meorum
Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum
Ite sacris propere sacris. laurumq; capillis
Ponite deponunt t sacra infecta relinquunt.
Quodq; licet. tacito venerantur murmure numen
Latone. turba quantum distabat ab orba.
Indignata dea est. summoq; in vertice cynthi
Talibus ait dictis gemina cum prole locuta
En ego vestra parens. vobis animosa creatis.
Et nisi iunoni nulli cessura dearum.
An dea sim dubitor. perq; omnia secula cultis
Arceor. o nati nisi vos succurritis aris
Nec dolor hic solus. diro conuitia facto
Tantalis adiecit. vosq; est postponere natis
Ausa suis. t me quod in ipsam recidet orbam
Dixit. t exhibuit linguam sceleratа paternam
Deiectura preces erat his latona relatis
Desine phebus ait. pene mora longa querela est.
Dixit idem phebe. celeriq; per aera lapsu
Contigerunt tecti cadmeida nubibus arcem
Planus erat lateq; patens prope menia campus
Assiduis pulsatur equis. vbi turba rotarum
Duraq; mollierat subiectas vngula glebas.
Pars ibi de septem genitis amphione fortes
Conscendunt in equos. tirioq; rubentia succo
Terga premunt. auro grauidis moderātur habenis
E quibus ismenos. qui matri sarcina quondam
Prima sue fuerat. dum certum flectit in orbem
Quadrupedis cursu spumātiaq; ora coercet.
Hei mihi conclamat. medioq; in pectore fixa
Tela gerit. frenisq; manu moriente remissis
In latus a dextro paulatim defluit harmo
Proxim? audito sonitu per inane pharetre
Frena dabat sipylus. veluti cum prescius imbres
Nube fugit visa. pendentiaq; vndiq; rector
Carbasa deducit. ne qua leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non cuitabile telum
Consequitur. summaq; tremens ceruice sagitta

Hesit.⁊extabat nudum de gutture ferrum.
Ille vt erat pronus p crura admissa iubasq;
Voluitur.⁊ calido tellurem sanguine fedat
Phedimus infelix.⁊ auiti nois heres
Tantalus vt solito finem imposuere labori.
Transierunt ad opus nitide iuuenile palestre
Et iam contulerāt arcto luctātia nexu
Pectora pectoribus.contento concita neruo.
Sicut erāt iuncti.traiecit vtrūq; sagitta
Ingemuere simul.simul incuruata dolore
Membra solo posuere.simul suprema iacentes
Lumina versarunt.animā simul exhalarunt.
Aspicit alphenor.laniataq; pectora plāgens
Euolat vt gelidos cōplexibus alleuet artus.
Inq; pio cadit officio.nā delius illi
Intima fatifero rupit precordia ferro.
Quod simul eductū ē.pars ē pulmonis in hamis
Eruta:cūq; anima cruor est effusus in auras.
At non intonsum simplex damasitona vulnus
Affecit ictus erat qua crus esse incipit.⁊ qua
Mollia nodosus facit internodia poples.
Dumq; manu tentat trahere exitiabile telum.
Altera per iugulū pennis tenus acta sagitta est
Expulit hāc sanguis.seq; eiaculatus in altum
Emicat.⁊ longe terebrata prosilit aura.
Ultimus ilioneus nō profectura precādo.
Brachia sustulerat.disq; o cōmuniter omnes
Diuerat.ignarus nō omnis esse rogandos.
Parcite motus erat.cum iam reuocabile telum
Non fuit arcitenens.minimo tamen occidit ille
Vulnere.non alte percusso corde sagitta.
Fama mali populiq; dolor lachrymeq; suorum
Tam subite matrem certā fecere ruine.
Mirātem potuisse.irascentemq; quod ausi
Hoc essent superi.quod tātum iuris haberent
Nam pater amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem
Heu quantum hec niobe.niobe distabat ab illa
Que modo latois populum summouerat aris
Et mediā tulerat gressus resupina per vrbem
Inuidiosa suis.at nunc miseranda vel hosti

Extabat.eminebat.extra stabat.p quod significat collum sagitta fuisse transfixum. Per crura admissa.propiqua. equo astricta. Fedat.maculat.inficit.deturbat. Solito labori.consuete equorum agitationi Nitide palestre.splendide propter oleum quo se luctaturi perungebant. Et iam cōtulerant iam inquit luctari ceperant. Arcto nexu stricto amplexu. Concita sagitta.emissa impulsa.Traiecit.transfixit.Lumina versarunt.oculos voluerunt vt solent morientes.Exhalarunt.expirauerūt Et est versus spondaicus loco aptus: significat enim languorem. Laniataq; pectora plangens.hoc est lanians et percutiens pectora sua ob mortem fratrum. Alleuet extollat:precordia. intestina que cordi pretenduntur. In hamis in hamato spiculo.Fatifero,mortifero. Tunc anima eorum videtur hoc loco poeta, sequi opinionē eorum:qui sanguinez animē sedem esse aiunt.Intonsum damasitona.comatum.Afficit.conficit.interficit. Internodia poples.Internodium spacium dicitur inter duos nodos situm. poples autem posterior genu pars est.Exitiabile.pestiferum.quod etiam exitiale dicitur. pēnis tenus.vsq; ad pennas.tenus autem postponitur quidem ac fere si plurali numero coniungitur cum genitiuo copulatur. vt Vergi.Et crurum tenus a mento palearia pendent cum singulari autem iuncta ablatiuum exposcit:vt capulo tenus abdidit ensem. Terebrata aura. perforato aere. Motus erat architenens apollo inquit precibus ilionei vltimi niobes filij motus est. verum iam sagittam miserat irreuocabilē. Certam fecere.admonuere: quod in soluta oratione certiorem facere dicimus. Mirantem potuisse.deos subintelligamus tot filios suos interficere. Tātum iuris.tantum potestatis. Adacto ferro.impulso gladio. amphion enim de filiorum morte certior factus doloris impatiens seipsum interfecit. Cum luce.cuius vita. Heu quantus niobe.miseretur poeta Niobes que paulōte superbissima:nūc abiectissima filiorum morta videtur esse facta. Distabat.differebat. Latois aris. a latone altaribus nā latous a greco noiatiuo lito deriuatur. Resupina.supba.elata. Inuidiosa.in se inuidiam concitās. vel hosti.etiam inimicis:non solum amicis.

Tenus.

Amphiōis mores.

Gelidis.mortuis. Liuentia. Pallentia ob nimiã indignationem. Pascere crudelis.niobe morte filiorum in furorem acta latone inuidiam facit. Misere felici. antitheton elegantes maxime reddẽs orationem: hec autem idcirco niobe furiosa iactat q̃ septem ei filie supererant. Atris. pullis nigris. Ante toros. ante lectulos fratrum in quibus erant compositi vt efferrentur. Demisso crine dissolutis capillis. Viscere in visceribus: impositoris fratri. significat eam inter osculandum fratrem perijsse. Duplicata. implicata. impedita. Vulnere ceco. occulto. quod non apparebat. Oraq̃ compressit. os clausit. Nisi postq̃ spiritus ibat. hoc est nisi duos spiritum emittebat. tunc enim os non compressérat: sed apertum tenebat. Illa sorori immoritur. inherens subaudiat. Septẽ datis leto. sex interfectis. Occidit. mortua est. Orba resedit. filijs omnibus priuata. id quod ipsa paulo ante obiecerat latone.

Exanimes inter natos. inter filios mortuos. Diriguit. rigida ac dura est facta. Malis infortunijs ac liberorum acerbissima morte. Nullos mouet aura capillos. iam enim in saxum fuerat commutata. mestis genis. gene & merois & letície sunt indices. Congelat frigida & dura fit. Intra quoq̃ viscera saxum est. etiam intestina inquit saxea, fuerunt effecta. Flet tamen. q̃uis niobe in saxum fuerit transformata: flere tamen videtur. Turbine validi venti impetu vehementis venti. est enim turbo ventus cum fragore violentus prima queq̃ prosternẽs. In patriã rapta est. hoc ẽ sipylũ delata est: vbi etiã nũc flere videt. quod idcirco fingit: q̃ sipilenum marmor sudare perhibet. Liquit. liq̃scit. Manãt lachrymis emittunt lachrymas.

Niobe.

Sipilenus marmor.

Corporibus gelidis incumbit. & ordine nullo
Oscula dispensat natos suprema per omnes.
At quibus ad celum liuentia brachia tollens.
Pascere crudelis nostro latona dolore.
Pascere ait. satiaq̃ meo tua pectora luctu.
Cor q̃ ferum satia dixit. per funera septem
Effero. exulta victrix q̃ inimica triumpha.
Cur autem victrix. misere mihi plura supersunt.
Cũ tibi felici. post tot quoq̃ funera vinco.
Dixerat. & sonuit. cõtento neruus ab arcu.
Qui preter nioben vnam cõterruit omnes
Illa malo est audax. stabant cum vestibus atris
Ante toros fratrum demisso crine sorores
E quibus vna trahens herentia viscere tela.
Impositio fratri moribunda relanguit ore.
Altera solari miseram conata parentem
Conticuit subito. duplicataq̃ vulnere cẽco est.
Oraq̃ cõpressit. nisi postq̃ spiritus ibat.
Hec frustra fugiens collabitur illa sorori
Immoritur. latet hec. illam trepidare videres
Septq̃ datis leto. diuersaq̃ vulnera passis.
Ultima restabat. quam toto corpore mater.
Tota veste regẽs vnam minimamq̃ relinque
De multis. nimiam posco clamauit. & vnam
Dumq̃ rogat. pro qua rogat occidit. orba resedit
Exanimes inter natos nataq̃ virumq̃.
Diriguitq̃ malis. nullos mouet aura capillos
In vultu color est sine sanguine lumina mestis
Stant immota genis. nihil est in imagine viuum
Ipsa quoq̃ interius cum duro lingua palato
Congelat. & veste desistunt posse moueri
Nec flecti ceruix. nec brachia reddere gestus.
Nec pes ire potest. intra quoq̃ viscera saxum est.
Flet tamen. & validi circundata turbine venti
In patriam rapta est. vbi fixa cacumine montis
Liquitur. & lachrymis etiã nunc marmora manãt

¶ Fabule. ih. sexti libri argumentũ. Lactantius.

¶ Latona Cei filia cũ iunonis ira ob adulteriuꝫ ex ioue cõceptos Apollinem & Dianam parerenõ posset: & nulla eam errantẽ regio reciperet nouissime veni t in Lyciam: & cum ex ardore estus ac lõgitudie vie sitim sedare vellet ab ijs q̃ vuluam & iuncum ẽm Lacũ legerent: phibita est propius accedere. Quamobrez accensa ira digrediens petijt a ijs: ac colle nunc̃ stagno carerent: auditis itaq̃ precibus eius suppiter agricolas in speciem ranarum transfigurauit.

¶ Tunc fo cuncti narrantur poeta qsio latona a qbusdã lycie rusticis bibere phibita eos in ranas cõ uerterit:more suo quedã iterserit qbus cõmodi fabule tũgant. Gemellipare diue.latone q̃ gemellos peperit apollinẽ ⁊ dianã. Lycie quoq; fertilis agris.latona cũ apollinẽ dianãq; pe perisset:irã iunonis fugiẽs i lyciã vsq; vna cũ infantib⁹ puenit:vbi fessa sitiq; cõfecta cuz bibere e quodã lacuvellet a rusticis q̃ busbã pedib⁹ aquã pculcãtibus phibita fuit.qua iniuria dea indignata eos oẽs in ranas ꝓuertit.lycia aũt ẽ asie regio finitima lydie. Spreuere.ꝓtẽpserũt. Non impune nõ sine supplicio: sed cũ maxima pena.nã i ranas oẽs fuerũt ꝓuersi. Ignobilitate viroz.rustici nãq; erant vilissimi. Prodigio miraculo. Lustro. circumeo ad eligẽdos boues. Sacroz fauilla. sacrificiorũ cinere. Stabat.erecta erat. Restitit. Substitit.ex ꝓiscorũ aũt cõsuetudine nos quoq; sacella ptereũtes deos rogamus vt nobis sint adiumẽto. Montanũ numen.qualis ẽ faunus. Regia cõiunx.iuno regis deoz̃ hominumq; vroz. nam iuno vt diximus cum resciuisset latonam ex ioue concepisse.illam per totum terrarum orbem exagitauit sic vt nusq; consistere posset. Orbem interdixit.cum interdico verbum datiuo ⁊ ablatiuo iungatur orbe mihi legendum videtur:non orbem: vt est fere in exemplaribus deprauatum: vt enim aqua et igni interdixisse alicui populum Ro.dicimus sic orbe iunonem latone interdixisse poeta elegãter dixit. Erratica delos:quam errare instabilemq; eẽ idcirco poete finxerunt:quia crebro terre motu vexabatur donec ex oraculo apollinis (vt scripsi) destiterunt illic cadauera sepelire. Leuis causa est.idcirco enim nabat:q; leuis erat. Nabat.fluitabat. nare eñ proprie dicuntur animata.fluitare inanimata. Cuz palladis arboze.cum oliua. Edidit.emisit.peperit. Inuita nouerca. contra voluntatem iunonis que nouerca esse videbatur apollinis ⁊ diane:cũ iouis sit vxor. Puerpera.mulier a partu recẽs puerpera dicitur. Iamq; chimerifere. chimera mons lycie carminibus poetarũ notissimus.fingitur autẽ a poetis fera esse: pedes habens serpentinos: capite ventrem caput leonis:flammas vomens eo ꝙ ad montis radices sint serpẽtes in medio capite:leones ad verticem qui ethne modo ardere dr.sane chimerã greci capram vocant. Chimerifere. chimeras ferentis et capras. Ab estu fidereo a colore solis. Legebant.colligebant. Cum iuncis.iuncus herba est palustris sine nodo. Bratamq; paludibus viuaz. viua herba est in paludibus nascens.vnde etiã paludibus grata ab Ouidio perhibetur. Positoq; genu.eleganter gestum exprimit de lacu aquam haurire volentis. Usus cõmunis aquarum.iure gentiũ aque omnibus hominibus sunt communes. Ad publica munera:publica sunt que nullius quidẽ sunt

Lych rusticiin ranas

Interdico

Mare.
Fluitare.

Chimera

Uiua

Tunc vero cuncti manifestam numinis iram
Femina virq; timent.cultuq; impensius omnes
Magna gemellipare venerantur numina diue.
Utq; fit a facto propiore priora renarrant.
Et quibus vnus ait.lycie quoq; fertilis agris
Non impune deam veteres spreuere coloni.
Res obscura quidem est ignobilitate virorum
Mira tamen.vidi presens stagnumq; locumq;
Prodigio notum.nam me iam grandior euo
Impatiensq; vie genitor deducere lectos
Jusserat inde boues.gentisq; illius eunti
Ipse ducem dederat.cum quo dum pascua lustro
Ecce lacu medio sacrorum nigra fauilla
Ara vetus stabat tremulis circũdata cannis
Restitit ⁊ paruo faueas mihi murmure dixit
Dux meus.⁊ simili faueas mihi murmure dixi
Maiadum fauni ne foret tamen ara rogabam.
Indigeneve dei.cuz talia rettulit hospes.
Non hac o iuuenis montanum numen inara est.
Illa suam vocat hanc.cui quondam regia coniunx
Orbe interdixit.quam vix erratica delos
Errantem accepit.tunc tum leuis insula nabat.
Illic incumbens cum palladis arbore palme.
Edidit inuita geminos latona nouerca.
Hunc quoq; iunonem fugisse puerpera fertur
Inq; suo portasse sinu duo numina natos
Jamq; chimerifere.cũ sol grauis ureret arua
Finibus in lycie longo dea fessa labore
Sidereo siccata sitim collegit ab estu.
Uberaq; ebiberant auidi lactentia nati.
Forte lacum mediocris aque prospexit in imis
Uallibus agrestes illic fruticosa legebant
Uimina cum iuncis.gratamq; paludibus vluam
Accessit.positoq; genu titania terram
Pressit.vt hauriret gelidos potura liquores.
Rustica turba vetat.dea sic affata vetantes.
Quid phibetis aquas.vsus cõmunis aquarũ est.
Nec solem proprium natura.nec aera fecit

sed omniū. Virgq est via vocis. vix emitte re voces potest. Hausus aq̄. potus aque mihi loco nectaris ac suauissim⁹ erit. Si mul vitam dederitis in vndis. postq̄ mi hi vitam aquis instauraueritis videtur esse hemistichion ennij poete vnde et de deritis verbi penultima est pducta. Ten dunt porrigunt. Hi tamen orantem. pul chre rusticorum seruat decorum. qui roga ti cōtumacius superbiusq̄ se gerūt. Per stant: perseuerant t instant. Conuicia. cō tumelias. Mouere. cōmouerunt. Saltu maligno. hyppallage est. ipsi nāq̄ mali gni intelliguntur. Distulit ira fitim. hoc est ira fuit causa differende ac prolongan de fitis. Filia cei. latona. Vltra. vlterius. Minora dea humiliora q̄ vt dee conue nientia sint. Eternum. semper et in eter num nomen pro aduerbio positum. Et modo tota. eleganter ranarum t naturā et corpus describit poeta. Summo gur gite. in summitate gurgitis t stagni. Tur pes linguas. contumeliosas. Patulos ri ctus. hiantia ora. Colla intercepta de me dio recisa nam rane collo carent. Spina viret. tergum viride est. Sic vbi nescio qs ignobilem hac locutione eum fuisse signi ficat qui superiorem rettulit fabulā. Exi tium satyri. calamitosum exitum. marsias autem satyrus fuit' tibias inflandi adeo peritus: vt cū apolline certare sit ausus: quem superatum indignatus apollo pel le atq̄ cute priuauit. ex eius vero corpore tantus defluxit sanguis: vt a terra exce ptus in fluuium fuerit commutatus qui a satyri nomine marsias fuit appellatus. est autem phrygie fluuius in meandrum labens. Latous. apollo latone filius. Tri toniaca arundine. tibia ex arundine trito nia confecta. est enim metonymia. trito nis autem palus est lybie: iuxta quā pal las in virginali habitu apparuisse fer. vñ et tritonia vocatur. Quid me mihi de trahis. cur mihi meam pellem deripis.

Marsias in fluuium

Nec tenues vndas: ad publica munera veni
Que tamen vt detis: supplex peto: nō ego nostros
Abluere hic artus: lassataq̄ membra parabam.
Sed releuare sitim: caret os humore loquentis
Et fauces arent virgq̄ est via vocis in illis.
Hausus aque mihi nectar erit: vitamq̄ fatebor
Accepisse: simul vitam dederitis in vndis.
Hi quoq̄ vos moueant. qui nostro brachia tendunt
Parua sinu: et casu tendebant brachia nati.
Quē non blanda dee potuissent verba mouere
Hi tamen orantem perstant prohibere: minasq̄
Mi procul abscedāt: conuiciaq̄ insuper addunt.
Nec satis est. ipsos etiam pedibusq̄ manuq̄
Turbauere lacus. imoq̄ e gurgite mollem
Huc illuc limum saltu mouere maligno.
Distulit ira sitim. necq̄ enim iam filia cei
Supplicat indignis. nec dicere sustinet vltra
Verba minora dea. tollensq̄ ad sidera palmas
Eternum stagno dixit viuatis in isto
Eueniunt optata dee. iuuat esse sub vndis
Et modo toto caua summergere membra palude
Nunc proferre caput. summo modo gurgite nare
Sepe super ripam stagni consistere. sepe
In gelidos resilire lacus. sed nunc quoq̄ turpes
Litibus exercēt linguas. pulsoq̄ pudore
Quāuis sint sub aqua. sub aqua maledicere tentant
Vox quoq̄ iam rauca est inflataq̄ colla tumescunt
Ipsaq̄ dilatant patulos cōuitia rictus
Terga caput tāgūt. colla intercepta videntur
Spina viret. venter pars maxima corporis albet.
Limosoq̄ nouē saliūt in gurgite rane.

¶ Fabule quarte sexti libri argumētū. Lactantius.

¶ Satyrus noie marsias dū cū apolline tibijs cōtēdit: qs minerua inuenisse pditur. per audaciā quod deo cedendum nō putaret. suspēsus a cute ē nudat⁹ tergore: quē nymphe ac Satyri ceteriq̄ ruris incole. Ita fletu psecuti sunt. Qō eius cātu carituri cēnt itavt lachrymis eor flumē increuerit: qō ei noie in phrygia Marsia priscis nr̄is nūcupari videtur.

Sic vbi nescio quis lycia de gente virorum
Retulit. exitium satyri reminiscitur alter.
Quem tritoniaca latous arundine victum
Affecit pena. quid me mihi detrahis inquit

Ah piget.ah non est.clamabat tibia tanti
Clamāti cutis est summos direpta per artus.
Nec quicq̄ nisi vulnus erat.cruor undiq3 manat.
Detectiq3 patent nerui.trepideq3 sine vlla
Pelle micant vene.salientia viscera posses
Et perlucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricole siluarum numina fauni
Et satyri fratres.et tunc quoq3 clarus olympus.
Et nymphe fierunt.et quisquis montibus illis
Lanigerosq3 greges.armentaq3 bucera pauit.
Fertilis immaduit.madefactaq3 terra caducas
Concepit lachrymas.ac vanis prebibit imis
Quas vbi fecit aquas.vacuas emisit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus equor.
Marsia nomen habet phrygie liquidissimus amnis.

¶Fabule quinte sexti libri argumētū. Lactantius.
¶Tātal⁹ epulis iouis cū interesset:et cū vellet experiri an futura prospiceret.inuitato ad epulas Pelopē nothū ex filijs interemit:visceraq3 ei⁹ reliq3s dapib⁹ immiscuit.Quo p merito punito mia deor⁹ q̄ cōuiuū principes fuerāt ptes viscerū pelopis cōposuerūt:et hūerus q̄ defuerat:effect⁹ est de ebore.

Talibus exemplis redit ad presentia dictis
Vulgus et extinctum cum stirpe amphiona luget.
Mater et inuidia est.hāc tu quoq3 dicitur vnus
Flesse pelops humeroq3 suas a pectore postq3
Deduxit vestes.ebur ostendisse sinistro
Concolor huic humerus nascēdi tēpore dextro
Corporeusq3 fuit manibus mor cesa paternis
Membra ferunt iunxisse deos alijsq3 repertis
Qui locus est iuguli medius.summiq3 lacerti
Defuit impositum est non comparentis in vsum
Partis ebur.factoq3 pelops fuit integer illo.

¶Fabule sexte et septime sexti libri argumētū. Lactātius.
¶Tereꝰ martis filius.Thracū rex cū auxilia multis regib⁹ ferret:Pādioni q3 Athenis rogāti cū a primis ciuitatibus oppugnaret:nō defuit.Quāobrē filiā suā Prognē illi i matrimoniū dedit:q̄ deportata in mariti regnū cū ex intercapedine sororē Philomelā desideraret:petit a tereo vt pficisceretur athenas:sororē sibi ad solēne sacrificiuz vt adduceret. Qui vt athenas puenit:soceri vsus hospitio i philomele icidit amorē:quā secū digressus mādato Piugis duxit i thraciā et stabulis clausit.vt ad eā fine suspitiōe cuiusq3 sepi⁹ cōmearet.ac ne eloq̄ posset cōmissa:linguā trūcauit:et Piugi ē mēti tus:dixit em̄ sororē ei⁹ interesse.At philomela ea q̄ lingua proprie nō poterat veste iterauit notas litterās:q̄ sorori dedit.vnde pferēda.q̄ ispecta illa cū Piugis libidinē casūq3 germāe cōperisset Pstituit se sacra celebrare libero pri:et moze bacchātes ad stabula venit:sororēq3 raptā i regiā duxit:filiū item interemit:et

Ah non est tanti:vt ego hac pena afficiar de beam.Micant.pulpitant.Fibras fibreve nule sunt minores.Armenta.bucera.hoc est boues valde cornutos.bou namq3 particula est intentiua. keras autem dicitur cornu.concepit excepit.Ripis decliuibus pronis.atq3 inclinatis.Liquidissim⁹.purissimus.limpidissimus.Talibus exēplis hec ad concinnam fabularum connexionem a poeta narrantur. Mater in inuidia est niobes em̄ superbia causa fuit mortis liberorum.Flesse pelops merito cum niobes frater esset pelops enim tantali fuit filius: quem coctum pater dīs epulandum:vt an omnia scirent, experiretur cum apposuisset omnes quidem preter vnam cererem ab eo abstinuerunt. collectisq3 in vnum pelopis membris euocata a mercurio anima eius ab inferis pristine ipsum vite restituerunt:sed cum ei sinistr⁹ hūerus deesse humerum animaduertissent.eburneum affixerunt:ficq3 pelops vite integer fiti restitutus :tantalus vero ad inferos detrusus fiti in aquis ac fame in summa pomorū copia laborat.Suas vestes.pureas ac sibi conuenientes .illis enim3 depositis lugubres ac pullas sumpsit.Corporeus ex carne.nam corpus proprie viuentium caro mortuorum dicitur a cadendo deducta:vt iam sepius diximus.Cesa membra.trucidata.Qui locus est iugu li.periphrasis est humeri.nam est medi⁹ inter iugulum et brachij summitatem. In vsum. in locum et officium. Partis non comparentis. humeri non inuenti.

Eburne⁹ pelopis humerus.

m ij

Tereus.

¶ Finitimi ꝓceres coeũt.cõueniũt.cõgregank.hec añt idcirco narrank:vt ꝗs metamorphosis ẽ descri
ptur? cõmodi? cũ ꝓrib? ꝓnectank.nã tere? rex thracũ cũ athenas obsidiõe liberasset accepta inyrorẽ
Progne. pgne pãdiõis regis filia in thraciã redijt:vbi cũ iã filiã suscepisset:rogat? ab yrore:vt aut se athenas de
duceret:aut saltẽ ad se philomelã sororẽ accersit:ꝓfect? ipse philomelã q̃dẽ a pre accepit:sꝫ cũ is thraciã
pueniſſet nõ solũ ei vim intulit:sꝫ linguã etiã:ne vulgare scel? posset ãputauit:ac suis stabulis mãcipauit
ceterũ philomela tãta crudelitate stimulata totũ infortuniũ suũ in velo descriptũ sorori indicauit. pro
gne ẽo furijs accẽsa bacchi sacra se cele
brare simulãs vna cũ bacchis ad sororem dapib? imiſcuit. Quib? expletꝫ tere? filiũ cũ õsideraret ityꝫ
venit eãq; secũ pãpinis tectã i vbẽ addu nouiſſime caput ei? i sinũ abiecerũt:dicẽtes int?hẽs quẽ de
pit:in cubiculoq; suo occultauit.perfectis sideras. Tere?cũ itellexiſſet scel? scelere evltũ esse ꝓiugẽ t so
vero bacchi sacrificijs pgne itym cõmunẽ rorẽ cõiugis dñ ꝓsequit deoꝝ volũtate ẽ si sunt in aues:pro
Tereus p filiũ interemit:cuius carnes coctas patri gne in ypupã. Philomela in luſciniã. Tere? in vpupam.
gne t phi appoſuit comedẽdas cũ vere tere? itym
lomela in filiũ intercenãdũ frequẽter vocaret:philo Finitimi ꝓceres coeunt. vbesq; propinque
aues. mela e cubiculo exiliens caput filij ac pe Orauere suos ire ad solatia reges.
des in tereũ cõtecit:q̃ stricto enſe cuꝫ am Argosq; t sparte. pelopeiadesq; mycene.
bas ꝓsequerek:ipse q̃dẽ in vpupã. ityn in Et nondum torue calidon inuisa diane.
phasianũ:pgne i hyrũdinẽ. philomela in Orchomenosq; ferax. t nobilis ere corinthos.
luciniã cõuerti fuiſſe narrank. Orauere ire Messeneq; ferox. patreq; humilesq; cleone
poetica ẽ locutio. Nã orauerevt irẽt in so Et nelea pilos. nec adhuc pytheia trezen.
luta oratiõe dicerem?. Ad solatia. ad cõso Queq; vbes alie bimari clauduntur ab isthmo
lationẽ pelopis cui? sororꝫ niobe cũ oibus Exteriusq; site bimari spectantur ab isthmo.
liberꝫ fuerat extincta. Argosq; argos vrbs Credere quis posset. sole ceſſantis athene.
est clariſſima pelopõnesi:q̃ varijs noibus Obstitit officio bellum. subiectaq; ponto
Argos va est cognomiata. nam t vrbs phoronica t Barbara cecropios terrebant agmina muros
rijs noib? egialia appellak:t argos hippoboton et Threicius tereus hec auxiliaribus armis
cognomia hippiũ:q; neptuni eqs pascua suppedita Fuderat. t clarũ vincendo nomen habebat.
ta. uit dipsiõ q; ꝓpter aquaꝝ penuriã. Ab ar Quem sibi pandion opibusq; viriſq; potentem.
go añt ꝓditore videk esse dictũ vt scribit Et genus a magno ducentez forte gradiuo?
stephan? grec? autor in ope:qõ de vrbib? Connubio prognes iunxit. non pronuba iuno.
cõposuit. vndecim ẽo vrbes hoc noie ap Non hymeneus adest illi. non gratia lecto.
pellank:est em̃ argos q; ãphilochicõ dict Eumenides tenuere faces de funere raptas
in thessalia. in cilicia q̃ nũc argiopolis ap Eumenides strauere thorum. tectoq; prophanus
pellak in nisiro insula vna ex cicladibus Incubuit bubo. thalamiq; in culmine sedit
iuxta trezena in macedonia. in scithia qõ Hac aue coniuncti progne tereusq; parentes
argos oresticiũ vocak. in carta argos phea
cũ argos argolicuꝫ. ac fere ois maritima
planicies argos vocak. Et sparte. regio
laconica sparta fuit appellata:a spartis
cadmi:hoc est a seminatis a cadmo qui eã
tenuisse a timagora scribunt. Pelopeia,
Mycene. desq; mycene. mycene vrbs ẽ pelopõnesi
a myceneo spartõis phoronei fratris filio
denominate q̃s pelops auxiſse ferk. vñ et
pelopeiades eas vocat poeta. Et nondũ
calydõ. vrbs ẽ etholie a calidõe endimio
nis filio cognomiata. Nõdũ inuisa. nõdũ
odio habita nõdũ em̃ ene? calidõie rex in
se dianã ꝓcitarat. nã cũ dijs oib? alijs sacrificasset:diana irata aprũ imisit. q̃ totã calidoniaꝫ deuastauit.
Orchomenosq; ferax. fertilis. orchomenos vrbs ẽ boetie. Et nobilis ere corinth?. clara ereis vasis: que
corinthia vocank. Messeneq; ferox. messene t vrbs t regio ẽ pelopõnesi: altera ẽ i ficilia. vñ messeni? pos
sessiuũ ꝺclinak. Patereq; corrupte trissyllabũ legik. pre nãq; bissyllabũ vrbs ẽ achaie de q̃ ꝺ loco sentit.
Patre. Qui. hũileſq; cleone. vrbs ẽ in archadia pua. Et nela pilos. vrbs est in messenia in q̃ regnauit nele? ne
Trezen va stozis pr̃. Nec adhuc pytheia trezen. trezen vrbs ẽ pelopõnesi a trezene pelopis filio: q̃ varijs noib? est
rijs noib? appellata. nã t apprudijas. t saronia t posidonias t apollonias t ãtanis fuit cognomiata. ea ẽo py
appellata. theiã nõdũ fuiſse ait. epphyte? ethre matris theſei pr̃ nõdũ ibi regnauerat. Ab isthmo bimari. isthm? bre
uis ꝺ: terra iterꝫouo maria ꝓstituta isthm? ẽo pelopõnesi t egeo mari t ionio alluik. citra isthmũ añt siit
pelopõnesi vrbes. extra ẽo achaie. Credere q̃s posset. Nec iterrogatio eo spectat:vt significet athenie
ses t phãniſſimos t officioſos maxime fuiſse. Subiecta põto. adiecta mari euxino. reges em̃ asie bellu
Gradiuꝫ. at heniẽsib? indixerãt. Treici?. tere? thracius. Tere? añt filius fuit matris: ac thracie rex vt dixim?. Fu
derat fregerat. in fugã cõuerterat. A magno gradiuo. a magno marte. gradiu? em̃ mars a latinis dict?
ẽ q; gdatiꝫ i bellũ eak. Mõ pnuba iuno: nubẽtib? felicik puellis iuno ꝓnuba pesse credik. Hiuc añt faci
le colligik q̃le futurũ sit terei t pgnes ꝓiugiũ. pphan? bubo execrãd?: ẽ nãq; auis pessimi ominis bubo

Hac aue sunt facti gratata est scilicet illis
Thracia dissq; ipsi grates egere. diemq;
Quoq; data est claro pādione nata tyranno
Quoq; erat ortus itys festum iussere vocari.
Usq; adeo latet vtilitas. Iam tempora titan
Quinq; per autūnos repetitis duxerat annis.
Cum blandita viro progne si gratia dixit.
Illa mea est. vel me visendam mitte sorori
Vel soror huc veniat. redituraq; tempore paruo
Promittes socero. magni mihi muneris instar
Germanam vidisse dabis. iubet ille carinas
In freta deduci velocq; remige portus
Cecropios intra. pyrheaq; littora tangit.
Vt primum soceri data copia. dextera dextre.
Jungitur. infausto cōmittitur omine sermo
Coperat aduētus causas mādata referre
Coniugis. et celeres misse spondere recursus.
Ecce venit diues magno philomela paratu.
Diuitior forma. quales audire solemus
Naiadas et dryadas mediis incedere siluis.
Si modo des illis cultus. similesq; paratus.
Non secus exarsit conspecta virgine tereus.
Quā si quis canis ignē supponit aristis
Aut frondē positasq; cremet senilibus herbas.
Digna quidē facies. sed et hunc innata libido
Extimulat. pronūq; genus regionibus illis
In venerem. et flagrat vitio gentisq; suoq;.
Impetus est illi comitum corrūpere curam.
Nutriciscq; fidem. necnō ingentibus ipsam
Solicitare datis: totumq; impendere regnum
Aut rapere. et seuo raptam defendere bello.
Et nihil est quod non effreno captus amore
Audeat. nec cupiunt inclusas pectora flammas.
Jāq; moras male fert. cupidoq; reuertitur ore
Mādata ad prognes. et agit sua vota sub illa.
Facundū faciebat amor: quotiensq; rogabat.
Vlterius iusto: prognen ita velle ferebat.
Addidit et lachrymas. tanq; mandasset et illas.
Proh superi. quantū mortalia pectora cecę
Noctis habent: ipso sceleris molimine tereus
Creditur esse pius. laudēq; a crimine sumit.

Hac aue. hoc augurio. Gratata. gratulata. Dissq; ipsi. tereus et progues gratias dijs egerunt. Quaq; data est quo legendum esse facile ex eo q; infertur adiectiuo colligi potest. Usq; adeo latet vtilitas: Acclamatio in hominum insciciam loco maxime conueniens. Jam tempora titā. hoc est ia3 quinq; trasierant anni. Si gratia vlla mea est. si quid apud te possum. Magni muneris instar. equiparationez magni muneris. nam instar modo ad similitudinem. modo ad equiparationem significat. nec recipit prepositionez: estq; indeclinabile nomen. Cecropios portus athenienses. Pyrheaq; littora tangit. attica. nam pyrheus promontorium est attice: vt scribit Ptolomeus. vnde athenarum portus pyrheus fuit appellatus. Vt primum soceri data copia. cum primum inquit tereus ad pandionem soccrum fuit admissus: et dextram dextre iūxit et progues mandata referre cepit. Recursus celeres. veloces redit?. Misse philomele. que quidē nondum fuerat missa. Sed si missa fuisset celerem pollicebatur tereus reditum. Magno paratu. ornatu Forma. pulchritudine. Naiadas et dryadas. nymphas que formosissime esse vident. Nō secus. quanto philomele amore tereus fuerit inflāmat? aperte his similitudinib? declarat. Canis aristis flauis. Cremet comburat. Senilib?. senilia seni dicuntur repositoria. Digna quidem facies. facies inquit philomele digna quidē erat amari cū ab alijs omnibus. tum vero a tereo: qui maxime ingenita libidine in mulieres stimulabatur. Pronūq; genus. thraces enim maxime in venerē sunt proni. Et nihil est quod non effreno captus amore ausit. sententia est generalis quāuis ad terecum propie referri videat. Effreno amore. ab effectu. q; effrenatos ac dissolutos homines reddat. Nec capiunt. iam enim terei amor in philomelā detegebatur. Et agit sua vota sub illa. sub simulatione inquit progues voluntatis: sua vota peragere conatur tereus. Vlterius iusto. vltra q; honestum foret. Proh superi. exclamatio in hominum cecitatem. Quantum mortalia pectora cecinoctis habent et in quanta rerum omnium insciria hominum animi versantur. Ipso molimine. ipsa preparatione.

Quid q̄ idem philomela cupit.patrioſq̄ lacertis
Blanda tenens humeros.vt eat viſura ſororem.
Perq̄ ſuā contraq̄ ſuam petit illa ſalutem
Spectat eā tereus.precōtrectatq̄ videndo.
Oſculaq̄ ꝛ collo circundata brachia cernens
Omnia p̄ ſtimulis facibuſq̄ cibōq̄ furoris.
Accipit ꝛ quotiens amplectitur illa parentem
Eſſe parens vellet neq̄ enim minus impius eſſet.
Vincitur amborum genitor prece.gaudet agitq̄
Illa patri grates.ꝛ ſucceſſiſſe duabus
Id putat infelix.qō erat lugubre duabus.
Jam labor exiguus phebo reſtabat.equiq̄.
Pulſabāt pedibus ſpacium decliuis olympi.
Regales epule menſis ꝛ bacchus in auro
Ponitur.hinc placido dantur ſua corpora ſomno
At rex odryſius q̄uis receſſit ab illa.
Eſtuat et repetens faciem motuſq̄ manuſq̄.
Qualia vult fingit.que nondum vidit.ꝛ ignes
Ipſe ſuos nutrit.cura remouente ſoporem.
Luxerat ꝛ generi dextrā cōplexus euntis
Pandion.comitez lachrymis cōmendat obortis
Ut voluere ambe.voluiſti tu quoq̄ tereu.
Hanc ego care gener.quoniā pia cauſa coegit
Do tibi.perq̄ fidē.cognataq̄ pectora ſuppler
Per ſuperos oro.patrio vt tuearis amore.
Et mihi ſollicito lenimē dulce ſenecte.
Quā primum.oīs erit nobis mora lōga.remittas
Tu quoq̄ q̄ primū(ſatis eſt procul eſſe ſororem)
Si pietas vlla eſt.ad me philomela redito.
Mandabat.pariterq̄ ſue dabat oſcula nate.
Et lachryme mites inter mandata cadebant.
Ut fidei pignus dextras vtraſq̄ poposcit.
Inter seq̄ datas iunxit.natāq̄ nepotem.
Abſentes pro ſe memori rogat ore ſalutent.
Supremūq̄ vale pleno ſingultibus ore
Vix dixit timuitq̄ ſue preſagia mentis.
Ut ſimul impoſita eſt picte philomela carine.
Admotūq̄ fretū remis telluſq̄ repulſa eſt.
Vicimus exclamat.mecum mea vota feruntur.
Exultatq̄ et vix animo ſua gaudia differt
Barbarus ꝛ nuſq̄ lumen detorquet ab illa.

Contra ſuam ſalutem. quia a tereo non ſolum ſtuprata:ſed etiam lingua fuit priuata. Precontrectatq̄ videndo. hoc eſt ante oculis q̄ manibus ſibi eam contrectare videtur. Neq̄ enim minus impius eſſet.nam etiam ſi pater eſſet cū filia rem haberet. Amborum prece.terei ꝛ philomele. Succeſſiſſe.feliciter euenisse. Duabus ſibi ꝛ progne ſorori. Lugubre.triſte et luctus cauſa. Jam labor exiguus phebo.ſignificat finem diei aduenisse. Equiq̄ pulſabant.equi inquit ſolis iam peruenerāt in occidentalem celi partem. At rex orthi ſius. ſic quidem fere legitur: ſed odryſius per d legendum eſt. nam odryſie populi ſunt thracie ꝛ odryſa vbs eorum que et odryſia dicitur. vnde odryſius deriuatur eleganter autem amātum cogitationes deſcribit poeta. Eſtuat. ardet. hec autem particula tamen eſt ſubaudienda. Cura remouente ſoporem. amore ſomnum repellente. Lux erat dies aduenerat. Generi euntis. recedere cupientis terei. Quoniam pia cauſa coegit. pium namq̄ eſt ſororem ſorori mittere videndam. Tuearis defendas atq̄ cuſtodias. Mihi ſollicito. anxio de filie abſentia. Lenimen. ſolamen Satis eſt procul eſſe ſororem. ſatis eſt inquit q̄ progne longe a me abeſt. Mandabat. mandata dabat. Dextras vtraſq̄. et terei ꝛ prognes. Natamq̄ nepotemq̄. et prognem ꝛ itym. Pro ſe. nomine ſuo et ſuis verbis. Memori ore memores ipſi. eſt enim hypallage. Supremumq̄. ꝛ vltimo loco inquit vix potuit dicere vale. pleno ſingultibus ore. geſtum exprimit patris de filia a ſe recedente admodum ſolliciti. ita namq̄ pandion ſingultibus impediebatur: vt vix potuerit dicere vale. Preſagia diuinationes. eſt enim preſaga mali mens. Admotumq̄ fretum remis. hyppallage eſt mari. nāq̄ remi non mare admouetur remis. tunc autem remi admoueri dicuntur mari: cū remigatur nauiſq̄ remis impellitur. Telluſq̄ repulſa eſt. ex vulgari hoc dictū eſt opinione. terra nāq̄ q̄ eſt īmobilis: retro pelli a remigantibus videtur. Vicimus exclamat. barbari ꝛ ab omni ciuilitate alieni hoīs mores exprimūtur. Lumen oculos.

Non aliter q̄ cum pedibus predator aduncis
Deposuit nido leporem iouis ales.ab alto
Nulla fuga est capto.spectat sua premia raptor
Jāq; iter effectum.iāq; in sua littora fessis
Puppibus exierāt.cum rex pādione natam
In stabula alta trahit siluis obscura vetustis.
Atq; ibi pallentē trepidamq; t cuncta timētem.
Et iam cum lachrymis.vbi sit germana rogantez
Includit.fassusq; nefasq; t virginem t vnam
Ui superat frustra clamato sepe parente.
Sepe sororē sua.magnis super omnia diuis.
Illa tremit velut agna tremens.que saucia cani
Ore excussa lupi nondum sibi tuta videtur.
Utq; columba suo madefacti s sanguine plumis
Horret adhuc.auidosq; timet q̄b⁹ heserat vngues.
Mox vbi mens redijt.passos laniata capillos
Lugenti similis.cesis plangore lacertis
Intendens palmas.o diris barbare factis.
O crudelis ait.nec te mandata parentis.
Cum lachrymis mouere pijs.nec cura sororis
Nec mea virginitas.nec coniugalia iura.
Omnia turbasti.pellex ego facta sororis.
Tu geminus coniunx.hostis mihi debita pena
Quin animā.hāc ne quod facinus tibi perfide restet
Eripis?atq; vtinam feciſles ante nefandos
Concubitus.vacuas habuissem criminis vmbras
Si tamen hoc superi cernunt.si numina diuum
Sunt aliquid si non perierunt omnia mecum.
Quandocūq; mihi penas dabis ipsa pudore
Proiecto tua facta loquar.si copia detur.
In populos veniam.si siluis clausa tenebor.
Implebo siluas.t conscia saxa mouebo.
Audiat hoc ether.t si deus vllus in illo est.
Talibus ira feri postq̄ commota tyranni
Nec minor hac metus est.causa stimulatus vtraq;
Quo fuit accinctus.vagina liberat ensem.
Arreptamq; coma flexis post terga lacertis
Vincla pati cogit.iugulum philomela parabat
Spemq; sue mortis viso conceperat ense
Ille indignantem t nomen patris vsq; vocantem
Luctantemq; loqui.comprensam forcipe linguam

Iouis ales. aquila que q̄ nunq̄ fulmine tangitur sub iouis tutela esse perhibet. Aquila.
Spectat sua premia raptor.ordo est visus.non aliter tereus spectabat philomelam q̄ iouis ales raptor spectat sua premia.cum ipse predator deposuit nido leporem aduncis pedibus.reliqua per parentheſim leguntur.Jamq; iter.effectum confectum.perfectumq;.iam enim in thraciam fuerant aduecti.Paudione natam. Philomelam.Fassusq; nephas.nephandum confessus amorem. Et virginem et vnam vi superat.maximam hominis barbariem ostendit poeta:qui sustinuerit virginem:t solam sibi creditam t patrem et sororem t in primis deos implorantem violare.Illa tremit velut agna pauēs virgineum timorem pulchre his similitudinibus ab oue t columba sumptis poeta expressit.Excussa.eiecta.Cani.lupi.epitheton est lupi colori conueniens lupi namq; canicie infecti esse videntur. Auidos vngues.auidi accipitris:qui columbas maxime infestat. Passos laniata capillos. Sinecdoche poetica.sparsos enim capillos cum laniasset philomela intelligitur. Lacerare autem crines in meroribus solebant mulieres.Cesis lacertis.percussis brachijs.Diris factis.nephandis sceleribus.Nec coniugalia iura.nec matrimōij iura:quibus non licet cuiq̄ cum duabus coire sororibus. Omnia turbasti. omnia inquit iura et humana et diuina confudisti.Pellex ego facta sororis.Pellex propie dicitur que cum marito alterius concubit.Tu geminꝰ cōiunx:tu duab⁹ es maritus t mihi t sorori.Debita pena.te expectat subintelligendū videl. Quin eripis. cur nō eripis mihi vitā. Ne qō facinꝰ ne aliqō scelus tibi restet in me perpetrādū. Vacuas habuissem criminis vmbras hoc est crimine caruisses.Quādocūq; mihi penas dabis.aliqn̄ mihi puneris. Proiecto pudore.abiecto depositio.Si copia detur.si potero.Feri tyranni.crudelis ab omniq; humanitate alieni.Nec minor hac metus est.nō minor est inquit metꝰ ne a philomela sorori pderet scelꝰq; ira.Causa stimulatus vtraq; et ira t timore impulsus Liberat ensem vagina.e vagina eripit ensem.Jugulū philomela pabat dū institute virginis more exprimit poeta:q̄ violata nihil morte recusabat:sy vltro iugulum ensi obiciebat quo citiꝰ interficeret.hoc quoq; post facinꝰ.post hoc scelꝰ.post extractā linguā.Lacerū corpus.lingua mutilatū.cōmēta fiera.fictā morte philomele.Spēq; sue mortis.metū ac timorē mortis.sic Dido apud vergiliū.Hunc ego si potui tm̄ sperare dolorem.Vsq; vocātē. semper clamātem.Luctātēq;:loq; conātē Forceps.
Forcipe.forceps instrumentum est fabrile.quo ferrum facile t capitur t tenetur.

Abstulit ense fero radix micat vltima lingue.
Ipsa iacet.terreq; tremens immurmurat atre.
Utq; salire solet mutilate cauda colubre.
Palpitat.t moriens domine vestigia querit.
Hoc quoq; post facinus(vix ausim credere) fertur.
Sepe sua lacerum repetisse libidine corpus.
Sustinet ad prognem post talia facta reuerti.
Coniuge que viso germanam querit.at ille
Dat gemitus fictos cōmentaq; funera narrat.
Et lachrymę fecere fidem velamina progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato.
Induiturq; atras vestes.t inane sepulchrum
Cōstituit.falsisq; piacula manibus infert.
Et luget non sic lugende fata sororis
Signa deus bis sex acto lustrauerat anno
Quid faciat philomela:fugam custodia claudit
Structa rigent solido stabulorum menia saxo
Os mutum.facti caret indice.grāde doloris
Ingenium est.miseriq; venit solertia rebus.
Stamina barbarica suspendit candida tela.
Purpureasq; notas filis intexuit albis
Indicium sceleris.perfectaq; tradidit vni.
Utq; fera domine gestu rogat.illa rogata
Pertulit ad prognem.nec si quid tradat in illis
Euoluit vestes seui matrona tyranni
Fortuneq; sue carmen miserabile legit.
Et(mirum est potuisse)silet dolor ea repressit.
Verbaq; querenti satis indignantia lingue.
Defuerāt.nec;flere vcaat.sed fasq; nefasq;
Confusura ruit.peneq; in imagine tota est.
Tempuserat.quo sacra solent trieterica bacchi
Sithonie celebrare nurus.nox conscia sacris
Nocte sonatrhodope tinnitibus eris acuti
Nocte sua est.egressa domo regina deiq;
Ritibus instruitur.furialiaq; accipit arma.
Vitte caput tegitur.latere ceruina sinistro
Vellera dependent.humero leuis incubat hasta.
Concita per siluas turba comitante suarum
Terribilis progne.furijsq; agitata doloris.
Bacche tuas simulat.venit ad stabula auia tandem
Exululatq;.euoeq; sonat.portasq; refringit

Ense fero.ipse ferus t crudelis.Est enim hypallage. radix micat.pulpitat motak. Ipsa iacet.lingua recisa subaudiak.Mutilate.colubre.incise serpētis i duas partes. Mutilati vero dicuntur quibus aliquod membrum fuit recisum.Palpitat. salit.frequenter monetur. Atras vestes. pullas lugubres.Et inane sepulchrum cauere vacuum quod greci cenotaphiō dicunt.Falsis manibus. non veris: cum nondum philomela mortua foret.Signa deus bis sex.iā inquit duodecim transierant menses. Deus apollo qui idem est cum sole.Lustrauerat.illustrauerat. quo enim in signo sol est idem illustrare videk ꝑ ꝑ circūierat quoq; intelligere possum?. Quid faciat.facere possit. Custodia. custodes a tereo appositi.Sic Vergi.Cernis custodia qualis .Rigent.asperi sunt: ita vt inde nisi per ianuam egitus non detur.Os mutum facti caret indice.os inqt mutum factum indicare non potest.Grā de doloris ingenium est. Hac sententia probabilem reddit orationē poeta.Purpureas notas.rubras litteras. Indicius sceleris.a tereo perpetrati.Vni ex ācillis Euoluit.explicat.Vestes velum a philomela missum.Carmen fortune sue. litteras indices fui infortunij.Dirum est potuisse.silere subaudiatur.Est autem parenthesis.Repressit compressit.continuit causas antem exponit poeta quibus mota philomela ne vnum quidem verbū emisit.Nec flere vacat.nec flendi tempus habet . Sed fasq; nefasq; confusura, ruit. Sed furit inquit omne ius t humanum t diuinum perturbatura. Peneq; in imagine tota est.in imaginatione pene qua maritum afficiat.Sacra trieterica.triēnalia q; tertio quoq; anno celebrabātur bacchi sacra.A tribus namq; ānis quieti grece dicuntur trieterica fuerunt appellata. Sithonie nurus thracie.Sithonia enim thracie pars est.Nox conscia sacris.Nocte enim sacra bacchi celebrabantur. Acutis acuti.acute sonātis. Deiq; ritib? ꝺm ritus sacrorus bacchi.Furialia.arma.bachica quibus menades vtebātur pulchre autem baccharum habitus describit.Ceruina vellera.ceruine pelles.Leuis hasta. q̄ pāpinis ornata thyrsus vocak Bacche tuas furias.ē āt apostrophe ad bacchū.

Cenotaphion.

Germanāq; rapit.rapteq; insignia bacchi
Induit: t vultus hederarū frontibus abdit.
Attonitāq; trahens intra sua mēnia ducit.
Ut sensit tetigisse domū philomela nefandam
Horruit infelix.totoq; expalluit ore.
Illacta locū progne sacrorum pignora demit
Oraq; deuelat misere pudibunda sororis
Amplexūq; petit. sed nō attollere contra
Sustinet hec oculos pelex sibi visa sororis.
Deiectoq; in humum vultu turare volenti
Testariq; deos.per vim sibi dedecus illud
Illatum.pro voce manus fuit.ardet t iram
Non capit ipsa suam progne.fletūq; sororis
Corripiens.nō est lachrymis hoc inquit agēdū;
Sed ferro.sed si quid habes.quod vincere ferrum
Possit in omne nephas ego me germana parauī.
Aut ego cū facibus regalia tecta cremabo.
Artificē medijs immittam terea flammis
Aut linguā.aut oculos t que tibi mēbra pudorem
Abstulerunt.ferro rapiā.aut per vulnera millej
Sontē animā expellam.magnū est qōcūq; parauī
Quid sit adhuc dubito.peragit dū talia progne
Ad matrem veniebat itys.quid posset:ab illo
Admonita est.oculisq; tuens immitibus ah q̄
Es similis patri dixit.nec plura locuta
Triste parat facinus.tacitaq; exestuat ira.
Ut tamen accessit natus.matriq; salutem
Attulit t paruis adduxit colla lacertis.
Dixitaq; blanditijs puerilibus oscula iunxit.
Mota quidē est genitrix.infractaq; cōstitit ira.
Inuitiq; oculi lachrymis maduere coactis.
Sed simul ex nimia mentem pietate labare
Sensit.ab hoc iterum est ad vultus versa sororis
Inq; vicem spectans ambos.cur admouet inquit
Alter blanditia.rapta silet altera lingua
Quā vocat hic matrē.cur nō vocat illa sororem.
Cui sis nupta vide pādione nata marito.
Degeneras.scelus est pietas in coniuge tereo
Nec mora traxit ityn.veluti gāgetica cerue
Lactentem fetum per siluas tigris opacas
Utq; domus alte partem tenuere remotam.

Insignia bacchi. Baccharum ac menadum habitus. Abdit. abscondit ne agnosceretur a quoq;. Horruit. cum quodam horrore extimuit eorū recordatione que a tereo perpessa fuerat. Illacta locū progne. Secretum subaudiamus. Sacrorum pignora. ornamenta sacrificiorum bacchi Deuelat reuelat. detegit. Pellex sibi visa sororis. causa cur nō auderet philomela aspicere sororem. Testariq; deos. in testimonū deos adducere. Dedecus illud illam ignominiam. pro voce manus fuit. manu enim id significabat: quod voce indicare nō poterat. Ardet. furit. Corripiens. reprehendens. In omne nefas ad omne nefas perpetrādum. Artificem terea. tanti sceleris autorez. Et que tibi mē bra pudorem. Minatur progne se terei inguina quibus philomelam violauit: gladio amputaturā. Pudorem. virginitatē Abstulerunt fistole qualis illa Vergiliana. Patri longa decem tulerunt fastidia menses. Sontem animā. nocentez scelera tam terei animam e corpore expellā. Magnum est supplicium. malumve subintelligatur. Peragit dum talia progne dum talia loquitur. Quid posset ab illo. admonita est. quo malo inquit afficere terem posset ex ityli aduentu cognouit: de illo nāq; interficiendo cogitare cepit. Ah q̄ indignationi seruiens est illa interiectio hoc loco. alibi et miserationi. Accessit. ap propinquauit. Matriq; salutem attulit. hoc est matrem salutauit. Et paruis adduxit colla lacertis. t matris colla paruis brachijs circundedit. Mota quidem est genitrix pmota: quia mater erat. matres nanq; filios natura caros habent. Infracta q; constitit ira. hoc est ira quā conceperat in filium progne ipsius blanditijs fracta. Labare. vacillare. et ad misericordiam cōmoueri. Ab hoc. ab huius ityli aspectu. Inq; vicē. vicissiz per vices. Pādione nata. seipsam alloquitur progne. Est autem emphasis: ac si diceret se natam esse e pandione viro generosissimo: omniq; virtute predito rege. cui marito. ac si diceret turpissimo omniūq; nefandissimo. Degeneras. seipsaz arguit progne qa suis degenerat si trā scelus patiatur inultū in cōiuge tereo si esset soluta oō in coniugē tereū diceremus pietate inqt vti in cōiugē tereū scelus est. Gangetica tigris indica a gange maxio idie fluuio.

In tumulos. ad sepulchra facienda. In ignes. in rogos extruendos: per que significatur cadauerum maximam fuisse multitudinem. Tanto turbine. tanta perturbatione et inuolutione rerum. Falsa. falso. nomen enim pro aduerbio est positum. Loquuntur. hoies. Isse sub amplexus quondam asopidos egine. concubuisse cum egina asopi filia. Hic autem versus aliquid vitij contraxisse videtur quod quidē si op? poeta emandasset: facile sustulisset. Forsitan autem sic esset legendus. Isse sub asopidos quondam amplexus egine. cuius asopus secundam producat: sic autem erit spondaicus versus. Asopidos egine. asopi filie. est enim asopus achaie fluuius in sinum corinthium labens. Notam. signū Fulgore. fulgoris splendore. q̄ das mihi pignoris omen: que mihi pro pignoris signo ostendis. De semine dodoneo. laus a loco. Dodona enim vrbs est molossidis in epiro: iuxta quā fuit silua Ioui dicata in qua columbe responsa dabant. Dicta est autem dodona vel a Dodona vna ex oceani nymphis: vel a dodone fluuio vt Stephanus ait. Unde dodoni? dodoneusq; dicuntur. Hinc est prouerbium. Es dodoneum. in eos qui nimium multa loquuntur. Frugilegas. frugesac grana colligentes. rugoso cortice. aspa pelle. Sine flamine. sine vento. stabant. erecte erant. Exercita. defatigata. est autē sententia generalis. Graniferum agmen. multitudines formicarum grana ferentium. Spargere in aruis subiectis. si esset soluta oratio in arua subiecta diceretur. Recto trunco. corpore erecto et pectore. Mea visa. mea insomnia. Speq; fideq; maiora. hoc est maiora quam vt speranda credendaq; sint. Adeunt. accedunt ad me.

Asopus.

Dodona.

o

Unde mirmidones.

Mirmidonasq; voco. apo tu mirmikon. hoc est formicis quidem mirmidonas appellatos fuisse ait poeta vt qui fabule assimuletur. Strabo autem scribit aginenses mirmidonas dictos: non vt in fabulis canitur q magna inualescente pestilētia formice eaco precante in homines verse fuerint. sed quia formicarum more terram fodientes ad petras eam apportarent: vt agri colendi materiam haberēt. ac fossas incolerent ne lateritiam facere atq; edificare cogerentur. Pares ānis. eadē nāq; nocte omnes nati esse videbantur. Cur? enim attulerat. parenthesis est expositionem continens a poeta inserta. Mense. cene. conuiuio. Iubar. splendorē. Aureus sol. pulcher ac splendidus. Cui grandior etas. causa cur filij pallantis ad cephalum conuenerint. ille enim maior natu erat. Ad regem eacum. Fraterq; peleus. Cuius quis quibuscum. Eoliden. cephalum eolifilium. Sum nemorū studiosus. hoc est venationibus delector: t fratrū cede. Silua. arbore. cōtinēs enim p cōtento positū est. Si cornus nodus inesset. cornus enim nodosa est arbor. Unde fit. ex qua arbore fit. Telum iaculabile. periphrasis est iaculi.

Mirmidonasq; voco. nec origine noua fraudo
Corpora vidisti mores quos ante gerebāt.
Nūc quoq; habēt. parcū genus est patiēsq; laborū
Quesitiq; tenax. t quod quesita reseruet
Hi te ad bella pares annis animisq; sequentur.
Cum primum qui te feliciter attulit eurus
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in austros.

¶ Fabule. xxvij. septimi libri argumētū. Lactātius

¶ Cephalus de donis refert iuice. Eaco de prochride cōiuge: t cur aut vñ telū gereret: cū in mōte hymeto attice regionis venaret: ab aurora ob speciē raptus est: quē vt cōperit dea pcridis priozis cōiugis implicitū a se velle diuerti fecit vt mutata specie remissus Cephalus at penas ꝓtēderet vt eā pollicitis muneribusq; tentaret: an pudicitiā purā posset seruare. Plurimis itaq; reb? ad vsus femināq; cōparatis quib? capi posset: fallacia mentē elicuit: qō vt illa cōperit: a marito se eē deceptā: pudore exterrita vt cōspectū ei? vitare possit altis se recōdidit saltib?. Hic cū assidue diane studio feras psequeret t ābigua vox refrigerātis cephali ad eā cēt perlata: q ex nimio estu aureā sepi? inuocaret: nō immemor pristini amoris dū virgultis se recōdit: vt specularet an esset aliqua aura noie: cui? ille cupiditate impulsus a se alienaret cephalus procul speculat? vehemētius moueri virgulta: dū latere ferā existimat eo loco recōditā iaculo emisso cōiugē imprudēs interfecerit. Fert aūt t telū cū cane ab eadē cōiuge Prochride cephalo tributū: cui? vim ob irā auroze similiter vt fere ab eo pcusse maximo cum luctu viri experta est.

Talibus atq; alijs longum sermonibus illi
Impleuere diem. lucis pars optima mense
Est data. nox sōnis. iubar aureus extulerat sol
Flabat adhuc eurus. redituraq; vela tenebat
Ad cephalū pallante sati. cui grandior etas
Ad regem cephalus simul t pallante creati
Conueniūt. sed adhuc regē sopor altus habebat
Excipit eacides illos in limine phocus
Nam telamon fraterq; viros ad bella parabant.
Phocus interius spaciū pulchroq; recessius
Cecropidas duxit. cū quis simul ipse resedit
Aspicit eolidem ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculū. cuius fuit aurea cuspis
Pauca prius medijs sermonibus ille locutus
Sum nemorum studiosus ait. cedisq; ferine.
Qua tamen a silua teneas hastile recisum
Jamdudum dubito certe si fraxinus esset.
Fulua colore foret. si cornus nodus inesset.
Unde sit ignoro. sed non formosius isto
Viderunt oculi telum iaculabile nostri

Acteis.atheniēsibus.Specie.pulchritudine.Usum.vtilitatē.Fortunaq; missum non regit.hoc est nulli subijcit fortune.frustra'cm̄ nūq; mittit.Iuuenis nereius.phoc⁹ nerei nepos.nā eac⁹ cū ex pſamathe nereidilia ſuſtulit.Quis autor.quis fuerit dator tā magni muneris.Ille refert.cephal⁹.Et cetera nota pudore.ordo est ⁊ ſenſus.⁊ ſilet ac reticet cephal⁹ ob pudorē ceteraq; nota erāt: q̄ mercede illud ia culuz ab vxore acceperit. neq; cm̄ refert cephal⁹ ſe ob pulchritudinē ſuā ab vxore accepiſſe.Tulerit.acceperit.Tactuſq; dolore cōmotus.Mate dea. phocus quē alloquit cephalus filius fuit eaci ex pſamathe nympha.Quis poſſet credere.parēthesis est qua ſignificat non eſſe credibile cephalū ob illud iaculū flere:quod tāte fit vtilitatis.Prochris erat prochris erecthei athenienſium regis filia fuit: que cū cephalo nupſiſſet auroze odio qua cephalū i ſuos amplexus quere nequiuit ſub forma alieni viri muneribus a cephalo ipſo tētata fidez marito datā fractura videbatur.cum autem ſe cephalus indicaſſet: aufugiēs ſiluas petijt ac diane comes effecta tandem a cephalo placatur domumq; reuerſa marito et canem nomine lelapa ⁊ iaculum admirande pulchritudinis virtutiſq; donauit. Cum autem cuiuſdā indicio comperiſſet cephalum cum quadam nympha nomine aurora congredi ſolitum clam eum in ſiluas ſecuta ab iſcio marito eo telo quod ab ipa domo acceperat.fuit interfecta.Magne orithye.preclare: vt que ſua pulchritudie a borea vento rapta fuiſſe fingatur.Conferre.cōparare.Dignior ipa rapi.anteponit cephal⁹ prochrin orithye:cui⁹ ob pulchritudinem orithya a borea vento rapta fuiſſe feratur.Ipſa prochris.ſentit enim cephalus prochrin fuiſſe orithya elegātiorē atq; formoſiorē.Pater hanc mihi iunxit erechthe⁹.hanc mihi inquit erechthe⁹ pater vxorem dedit:erechtheus autez vt diximus athenarum rex fuit vnde athenienſes interdum erechthide vocantur. Hāc mihi iunxit amor.repetitio est maxime affectui amantis conueniens.Non ita dijs viſum est.non ita dijs placuit:vt eſſem felix.Poſt ſacra iugalia.poſt nuptias celebratas.Semper florentis hymeti.hymetus mons est attice regionis:thymo ſemper florens.vbi ⁊ mel optimuz conficitur ⁊ marmor effoditur.Roſeo.pulchro.Spectabilis.digna que ſpectet.Nota dea est commotat indignata.Siſte.contine.Oō teneat lucis nam auroza media est inter diem ⁊ noctez.Prochrin habe.ironice cū quadā indignatione legenduz est:vt illud Vergi.I ſequere italiā ventis.Ingrate mihi in amore non reſpondens vt qui me a qua[] amaris nō redamas.Quod ſi mea prouida mēs est.ſed ſi inq̄t preuideo futura cupies nūq; habuiſſe prochrin.Mecū retracto.mecū cogito.Memorata dee.verba ⁊ dicta auroze.Esse metus cepit zelotipus auroze ira cephalus est effectus.

Excipit acteis e fratribus alter.⁊ vſum
Maiorem ſpecie mirabere dixit in iſto
Conſequitur quodcūq; petit.fortunaq; miſſum
Non regit et reuolat nullo referente eruentum.
Cum vero iuuenis nereius omnia querit.
Cur ſit ⁊ vnde datum quis tanti muneris autor.
Qua petit.ille refert.⁊ cetera nota pudore
Que tulerit mercede filet.tactuſq; dolore
Coniugis admiſſe lachrymis ita fatur obortis
Hoc me nate dea(quis poſſet credere)telum
Flere facit facie tq; diu.ſi viuere nobis
Fata diu dederint.hoc me cum coniuge cara
Perdidit.hoc vtinam caruiſſem munere ſemper
Prochris erat.ſi forte magis peruenit ad aures
Orithyia tuas.magne ſoror orithyie.
Si faciem moreſq; velis conferre duarum.
Dignior ipſa rapi .pater hanc mihi iunxit erechthe⁹
Hanc mihi iunxit amor felix dicebat.eramq;.
Non ita dijs viſum eſt.at nunc.quoq; forſitan eſſem
Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis.
Cum me cornigeris tendentem rhetia ceruis
Vertice de ſummo ſemper florentis hymeti
Lutea mane videt pulſis auroza tenebris.
Inuitumq; rapit.liceat mihi vera referre
Pace dee.quod ſit roſeo ſpectabilis ore
Quod teneat lucis.teneat confinia noctis.
Nectareis qō alatur aquis.ego prochrin amabam
Pectore prochris erat prochris mihi ſemper in ore.
Sacra tori coitusq; nouos thalamoſq; recentes
Primaq; deſerti referebam federa lecti.
Nota dea eſt.⁊ ſiſte tuas ingrate querelas
Prochrin habe dixit.q; ſi mea prouida mens eſt
Non habuiſſe voles.me q; illi irata remiſit.
Dum redeo.mecum q; dee memorata retracto.
Eſſe metus cepit.ne iura iugalia coniunx.

Prochris

Iaculū mirandum.

Cephal⁹ i aliā figurā

Facies etasq; iubebant. formosa inquit facies ⁊ iuuenilis etas prochris me indu cebāt: vt crederem ipsam adulteriū cōmi fisse. mores autem casti me illud suspicari non permittebant. Criminis exemplū adulterij. aurora namq; vnde redibat. exē plo erat q̄ facile mulieres in adulterium cadāt. Sollicitare. tētare. infestare. Ineo intro. Fide fidei antiquorum more vt vergi. Libra die somniq; pares vbi fecerit horas. Male continui. vix me cōtinui: vt nō faterer me cephalum esse. Quin vt non. interdum cur non significat: vt oportuit: vt honestum ⁊ conueniens fuit. Calebat. ardebat. anxia erat. Desiderio. absentia. Coniugis arrepti. mariti quem putabat auroram fuisse raptum. Tu collige. cōclude. ratiocinare. id quod greci syllogisin dicit. Uni. soli cephalo. Cui sano sapienti. In mea vulnera in meos dolores. Census. amplas diuitias. Mala. o mala mulier. Tectus simulatus. Perfida proprie. nas pfidi qui fidē violant dicuntur. Insidiosa limina. in quib⁹ fidi structe insidie fuerāt. Offensaq; mei. q̄ me offendisset. offensa em̄ actiue offensio passiue accipi solet. posa. odio habēs. Opa occupata. dedita. Uiolētior ignis amor: vehemētior reddit mihi ad me reddit. sua cynthia sua diana.

Non bene seruasset. facies etasq; iubebant
Credere adulterium. prohibebant credere mores
Sed tñ abfuerā. sed ⁊ hec erat vnde redibam.
Criminis exemplum. sed cuncta timemus amantes
Querere quod doleam statuo donisq; pudicam
Sollicitare fidem fauet huic aurora timori.
Immutat q̄ meam video: sensisse figuram.
Palladiasq; meo non cognoscendus athenas
Ingredioq; domum. culpa domus ipsa carebat.
Castaq; signa dabat. dominoq; erat anxia rapto.
Uix aditus per mille dolos ad erebida factus
Et vidi obstupui. meditataq; pene reliqui
Tentamenta fide. male me. quin vera faterer.
Continui male. quin vt oportuit. oscula ferrez.
Tristis erat. sed nulla tamen formosior illa
Esse potest tristi. desirioq; calebat
Coniugis arrepti. tu collige qualis in illa
Phoce decor fuerit. quam sic dolor ipse decebat
Quid referam. quotiens tentamina nostra pudici
Reppulerint mores. quotiens ego dixerit vni
Seruor vbicunq; est. vni mea gaudia seruo
Cui non ista fide satis experientia sano
Magna foret. non sum contentus. ⁊ in mea pugno
Uulnera. dum sensus dare me promitto loquendo
Muneraq; augendo. tandem dubitare coegi
Exclamo mala. pectora detego: rectus adulter.
Uerus eram coniunx. me perfida teste teneris.
Illa nihil. tacito tantummodo victa pudore
Insidiosa malo cum coniuge limina fugit.
Offensaq; mei genus omne perosa virorum
Montibus errabat studijs operata diane
Cum mihi deserto violentior ignis ad ossa
Peruenit. orabam veniam. ⁊ peccasse fatebar
Et potuisse datis simili succumbere culpe
Me quoq; muneribus. si munera tanta darentur
Hec mihi confesso lesum prius vltra pudorem
Redditur ⁊ dulces concorditer exigit annos
Dat mihi preterea. tanq̄ si parua dedisset
Dona canam munus. quem cum sua traderet illi
Cynthia. currendo superabit dixerat omnes
Dat simul ⁊ iaculū manibus quod cernis habere

Huneris alterius.canis pchri vxore donati.si autem cōiunctio est subaudiēda.vt intelligak si reqris. exponit autē mutationē t fere themidis indignatione in thebanū agrū imisse et canis noie lelapis in saxa.nā thebani cū vidissent naiadas ac nymphas futura pdicere themidis dee obscura dātis respōsa.templū detecerūt. illa vero indignata ferā immisit:q t pecora t agrestes vexarent.ad eā opprimendam cū alia grecie iuuentute cōuenit etiā cephalus cū lelapa cane:qui cū in ferā ineuitabile iaculus foret cōiecturus:vtrūq aspexit in saxa cōmutatū.Accipe mirandū.audi rē admiratione dignā.Naiades.nymphe.carmina vaticinia.pdictiones.soluunt.exponunt. precipitata delecta.cōtepta.Ambagū. dictorum ambiguorū.Alma themis sancta nā themis(vt Pōpe.ait)dea fuit q hoibus pcipiebat id petere qō honestū t fas esset.vnde t pro eo cp nos fas dicim? themis frequēter ponit a grecis.Inulta impunita.Aonijs thebis.beotijs aonia eē pars est beotie.scite vero epitheto distinxit.nā thebe multarū vrbiū nomē est:vt diximus.Cessit t exitio multis. pnitiosa multis fuit.Pecorūq suoq.agricole inq illiā ferā t sua t pecor morte pauerūt: multos eē ex illis deuorauit ferat.Indagine.multitudie hoim ingrentiū.sic vergilius.Saltusq indagine cingunt.indagare aūt:vē indaginē declinam? est diligenter ingrere. Sūma lina.summos funes. metonymia ē.ex lino eē funes ofici.Positarū plagarū.tētor rhetiū.Copula.vinculū q canes colligāt.Et cetū.canū multitudinē.Non segnior alite.velox vt auis. Ludit.deludit.decipit.Lelapa.a velocitate t ipetu hoc nomē iditū fuit cani.lelaps eē turbo ōr q vn? est marine ipetuosus. Pugnat exuere conat detrahere.Morā tia remorātia retinētia. Tēdit.otēdit.conat.Vix bene missus erat.quāta fuerit velocitate canis ille apte ōclarat cephalus. quē vix dimissū nō poterāt videre.Missus.dimissus.Vestigia pedū.signa pedū. Hēbat.tenebat.Exute glādes.expulse glādes plūbee.cōtorto ?bere.otorta funda.Calam?.sagitta ex calamo ofecta.gortyniaco ab arcu cretēsi.nā gortyn q gortys ōr vrbs ē crete a gortyneroe dicta.Et larissiat creēnia fuit appellata Aperver tex.Tollor hūc.i illū ?ticē ascēdo.Mō. iterdū.deprehēdi.cōprehēdi.Mō se subducere.iterdū se subtrahere.Callida astuta.Limite recto.itinere.In spaciū.rectus subaudiak.Quo.in quo cursu.In girū in orbē.Hosti.cani lelapi.Imminet.instat. Varios morsus.inanes:q ferā cōprehendere nō poterat.Ad iaculi vertebar opez. volebā inquit mittere iaculū.Mō dextera libraī.gestū exprimit iaculū emittere volētis.Amētis addere.iponere amēta aūt sunt lora q? iacula facili? lōgiusq emittunt.Lumina deflexi.oculos remoui alcane t fera.eodē.ad eūdē locū.Mirū res mirāda.ē aūt interiectio affectui seruiēs.

Fera t canis in saxa

Gortyn.

Lelaps.

Huneris alterius que sit fortuna requiris.
Accipe mirandum nouitate mouebere facti.
Carmina naiades uon intellecta priorum
Soluunt ingenijs:t precipitata iacebat
Immemor ambagum vates obscura suarum
Scilicet alma themis.nec talia liquit inulta.
Protinus aonijs missa est belua thebis
Cessit t exitio multis.pecorūq suoq
Ruricole pauere feram.vicina iuuentus
Venimus.t latos indagine cinximus agros
Illa leui velox superabat rhetia saltu
Summaq transibat positarū lina plagarum
Copula detrahitur canibus.quos ille frequentes
Effudit.et cetum nō segnior alite ludit.
Posco t ipse meum cōsensu lelapa magno
Huneris hoc nomen.iāduđ vincula pugnat
Exuere ipse sibi.colloq morantia tendit.
Vix bene missus erat.nec iā poteramus vbi esset
Scire.pedū calidus vestigia puluis habebat.
Ipse oculis ereptus erat.non ocior illo
Hasta.nec exute contorto verbere glandes
Nec gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis aper medij subiectis imminet aruis.
Tollor in hūc. capioq noui spectacula cursus
Quo modo deprendi.modo se subducere ab ipso
Vulnere visa fera est.nec limite callida recto
In spaciūq fugit.sed decipit ora sequētis.
Et redit in girum.nec sit suus impetus hosti
Imminet.hic.sequiturq parem similisq tenenti
Non tenet t vanos exercet in aere morsus.
Ad iaculi vertebar opem.quod dextera libraī
Dum mea.dum digitos amentis addere tento
Lumina defleci.reuocataq rursus eodem
Rettulerant.medio Cmurum)duo marmora campo
Aspicio.fugere hoc illud latrare putares
Scilicet inuictos ambos certamine cursus

Esse deus voluit.si quis deus affuit illis.
Hactenus ꝛ tacuit.iaculo quod crimẽ in ipso est
Phocus ait.iaculi sic crimina reddidit ille.
Gaudia principium nostri sunt phoce doloris
Illa prius referam.iuuat o meminisse beati
Temporis eacide.quo primos rite per annos
Coniuge eram felix.felix erat illa marito.
Mutua cura deos.ꝛ amor socialis habebat.
Nec iouis illa meo thalamos preferret amori.
Nec me que caperet.non si venus ipsa veniret.
Illa erat.equales urebant pectora flamme.
Sole fere radijs feriente cacumina primis.
Venatum in siluas iuueniliter ire solebam.
Nec mecum famuli.nec equi.nec naribus acres
Ire canes.nec lina sequi nodosa solebant.
Tutus eram iaculo.sed cum satiata ferine
Dextera cedis erat repetebam frigus ꝛ umbras.
Et que de gelidis exibat vallibus auram
Aura petebatur medio mihi lenis in estu.
Auram expectabam.requies erat illa labori.
Aura Crecordor enim)venias cantare solebam
Occę iuues.intresę sinus gratissima nostros
Utę facis releuare velis.quibus vrimur estus.
Forsitan)addiderā(sic me mea fata trahebāt)
Blanditias plures.ꝛ tu mihi magna voluptas:
Dicere sum solitus.tu me reficisę foues ę.
Tu facis vt siluas.vt amen loca sola.meoę
Spiritus iste tuus semper capiatur ab ore
Vocibus ambiguis decepta prebuit aurem
Nescio quis:nomenę aure tam sepe vocatum.
Esse putat nymphe.nymphā mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius index
Prochym adit.linguaę refert audita susurra.
Credula res amor est.subito collapsa dolore
Ut mihi narratur.cecidit.longoę refecta
Tempore se miseram.se fati dixit iniqui.
Deę fide questa est.ꝛ crimine concita vano
Quod nihil est.metuit metut sine corpore nomen
Et dolet infelix veluti de pellice vera.
Sepe tamen dubitat metuitę miserrima falli
Indicioę fidem negat.ꝛ nisi ꝛ viderit ipsa


Affuit auxilio fuit.Hactenus.locutus est cephalus subaudiatur. Iuuat o meminisse beati temporis eacide.sententia est catholica ꝛ generalis.Rite felix.perfecte felix.Amor socialis.ab effectu ꝙ socios reddat.Thalamos iouis nuptias iouis. Venus ipsa.que est pulchritudinis dea ꝛ venustatis.Equales flame.par amor. Sole fere radijs.matutino inquit tempore i siluas ad venandum ire solebat. est enim matutini temporis periphrasis.Cacumina.montium summitates. Iuueniliter. iuuenum more.Naribus acres.odori.Lina nodosa.rhetia.Aura lenis.suauis.iucunda.est autem pulchra anadiplosis cuz repetitione qua significat cephalus auram illam sibi gratissimaz fuisse.Releuare est? leues facere solis feruores.et tu mihi magna voluptas.he sunt blanditie quibus vtebatur cephalus ad auroram. Loca sola.deserta.Vocibus ambiguis.verbis dubijs:que tum ad auram tum ad amicam poterant referri. Extemplo.subito.Criminis ficti.falsi.Temerarius. incōsideratus.Index.delator.nā indices ppie criminū dicuntur delatores.Lingua refert narrat.exponit.Susurra.murmura ꝛ voces quibus auram vocabat.Credula res amor est.causa est cur prochris subito collapsa ceciderit:amantes nāę facile omnia credunt.Creduli aūt dicunt qui facile credunt.Fati iniqui.infelicis. Cōcita. cōmota.Sine corpore.aura nāę corpore caret. Metuit falli.timet ne decipiatur ab indice.Indicioę fidem negat. fidem inquit delatori ꝛ indici non adhibet.

Indices.

Damnatura sui non est delicta mariti.
Postera detulerant aurore lumina noctem.
Egredior siluasq; peto.vectorq; per herbas
Aura veni dixi.nostroq; medere labori
Et subito gemitus inter mea verba videbar
Nescio quos audisse.veni tamen optima dicens
Fronde leuem rursus strepitum faciente caduca
Sum ratus esse feram.telumq; volatile misi
Prochris erat medioq; tenens in pectore vulnus
Hei mihi conclamat.vox est vbi cognita fide
Coniugis.ad vocem preceps amensq; cucurri
Semianimē ⁊ sparsas fedantem sanguine vestes
Et suaCme miserum de vulnere dona trahentem
Inuenio corpusq; meo mihi carius vlnis
Mollibus attollo.scissaq; a pectore veste
Vulnera seua ligo.conorq; inhibere cruorem
Meu me morte sua sceleratum deserat oro.
Viribus illa carens ⁊ iam moribunda coegit
Hec se pauca loqui.per nostri federa lecti.
Perq; deos supplex oro superosq; meosq;.
Per si quid merui de te bene.perq; manentem
Nunc quoq; cū pereo.causam mihi mortis amorem
Ne thalamis auram patiare incumbere nostris.
Dixit.⁊ errorem tum demq; nominis esse
Et sensi ⁊ docui.sed quid docuisse iuuabat.
Labitur:et parue fugiunt cum sanguine vires.
Dūq; aliquid spectare potest.me spectat ⁊ in me
Infelicem animam nostroq; exhalat in ore.
Sed vultu meliore mori securа videtur.
Flētib⁹ hec lachrymās heros memorabat.⁊ ecce
Eacus ingreditur.duplici cum prole.nouoq;
Milite.quē cephalus cū fortibus accipit armis.

¶ Fabule prime octaui libri argumetū. Lactantius ¶ Minos Iouis ⁊ europe filia cū ꝑpter filiū Androgeū interēptū ab athenieūsib⁹ penas repeteret.Megarā in q̄ vbe nisus regnabat ꝓtinua cū athenieūsib⁹ accessit.q̄ expugnata aio ꝓceperat occisis ꝑsidijs hostiūvictoriā ꝓsecuturū.Inter q̄ scylla nisi filiā sepe murū ascēdi ōlectādi gr̄a ꝑpter lapidē vocalē.q̄ apollinis citharе posit⁹ sonū adiecerat vt aiaduertit minoē assidētē vbi cultu regali bellicisq; reb⁹ itereē pulchritudine ei⁹ exarsit ⁊ cū potiēdi nullā viā iueniret:vt victo hoste faceret glīosus crinē purpureū abscidit gēitori dormiēti:q̄ fata p̄rie ꝓtinebant.Quē cū reseratꝫ portis accepto hoste ad minoē ꝓtulisset ille ipsū facin⁹ aduersat⁹ nouissime eā nauigio recipe noluit.p̄re tā i auē trāsfigurato:quā greci alieton dicunt:⁊ persequente filiam illa quoq; involucrez cirinem transfigurata est.

Siluasq; peto.in siluas vado. Victor: voti compos.multas namq; confecerat feras. Medere.succurre. Fronde caduca que ab arbore ceciderat.Telum volatile. iaculum velox Semianimē. semimortuā. De miserum interpositio affectui ⁊ dolori seruiens.flens enim hec narrabat cephal⁹. Sua dona.iaculū quod mihi dono dederat.Inhibere cohibere.Jam moribū da.iam moriens.Coegit hec se pauca loqui.hoc est vim sibi fecit:vt hec pauca loqueretur.significat autem cephalus illaꝫ sic viribus fuisse defectam:vt sine maxima difficultate loqui nō posset. Deosq; inferos deos intelligit prochris:qui morientum dī esse perhibentur. Incumbere nostris thalamis. nostros thalamos occupare. auream autem nympham esse putabat prochris.Sensi.cognoui.Labitur.morit.Exhalat.expirat.Secura pellicis.cura liberata.iam enim ex cephalo cognouerat auram non esse nympham:vt ipsa putabat.sed leuem ventorum flatuꝫ. Vultu meliore.letiore. Flentibus.phoco ⁊ filijs pallantis.Duplici cum prole.cum duobus filijs telamone ⁊ peleo:qui militum delectum habuerant. Nouoq; milite.cū nouis militibus.est em̄ finec doche: nō solū poetis:ꝫ historicis q̄ familiaris. Prochris mors.



¶ Raphaelis regij in octauum metamorphoseos Ouidij librum enarrationes.

TAm nitidū ⁊c. Reditū cephali cū auxilijs ab eaco acceptis poeta ꝺscribēs cōcinne octauū cum septimo libro connectit. regente autem fere legitur: sed corrupte: vt mihi q̄dē videtur nam retegente vt legatur ⁊ sensus exposcit ⁊ metri ratio et celeritas: qua cephalum cum militibus ab eaco traditis athenas redijsse poeta ostēdit. solent cīm poete rerum nature quas describūt ita compositionē accōmodare: vtsi quid celeriter factū velint pedib⁹ vtātur plures syllabas breues habentibus ⁊ contra: retegente igitur legatur vt intelligamus aperiente. ostēdēte. nā retegere ē ostēdere atq; aperire vt diximus. Noctisq; fugāte. alterus ab altero pēdet. cū enim retegit dies: nox fugatur ⁊ contra lucifer aūt stella estvenēris quinq; errantiū infima terreq; proxima: vt scribit Tice. in libro de natura deorum que phosphoros grece vocat. Cadit eur⁹. flare desinit placidi austri. lenes non vehemētes. auster aūt vētus est nubilosus. Cursum celerē nauigationē. Ante expectatū anteq; expectarent. Portū petitos. athenienses portus quo puenire cupiebāt. Interea minos. cū megara minos oppugnaret scylla nisi regis filia minois ipsius amore capta ei patriā prodere decreuit. patri igitur dormiēti purpureum capillum: in quo patrie salus continebatur recidit: quē cū minoem pertulisset: conuictis repulsa atq; contēpta ī auē cirin fuit cōuersa: cū iam pater nisus ī alietum auē fuisset cōmutatus. Megaria litto toza megarenfia a lelege neptuni filio vt dicimus cōdita a quo megarēses leleges fuerunt appellati: q̄ primū insulares fuerūt. deinde in cōtinentē migrarūt careq; appellati fuerūt: vt herodot⁹ narrat. Sui mauortis. sui belli. Alchatoe. vrbs est que

Scylla et nisus in aues.

eadē esse cū megaris videf. ab alchatoo pelopis filio q̄ megareo in regno successit cognoīata altera q̄ ex megarēsiū arcib⁹ alchatoe vocat: vtpote ab alchatoo edificata cui⁹ cū faceret fundamēta: dīs q̄ vestibulares dīr: primo oim sacrificasse ferf. Quā nisus ꝑ possidet. nisus cīm expīttuor pādiōis athenaꝝ regis fili⁹ fuit: cui vt Strabo narrat: in regni diuisiōe a pādiōe facta megara obtigerūt. nisus ēt megarensiū ē mōs a niso rege ibi sepulto: cognoīat⁹. ostro. purpura magni fiducia regni q̄diu ei crinē illū hēret ꝑuari nō poterat regno. Sexta resurgebāt. sexto mēse post septē obsidionē megarata ꝑdita fuisse ait.

¶ P. Ouidij Nasonis metamor. Liber octauus.

TAm nitidum retegente diē noctisq;
fugante
Tempora lucifero cadit eurus. ⁊ humida surgunt
Nubila. dant placidi cursum redeūtibus austri
Eacidis cephaloq;. quibus feliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos.
Interea minos lelegia littora vastat.
Tentataq; sui vires mauortis in vrbe
Alchatoe. quam nisus habet. cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inherebat magni fiducia regni.
Sexta resurgebant orientis cornua lune.
Et pendebat adhuc belli fortuna. diuq;

Pendebat suspensa erat. Inter vtrūq; minoen t nisum. Dubijs pēnis. dubio euētu. incertꝰ nāq; semper est belli euētus. allatā autē victoriā fingit poeta. Regia turris erat. turrim describit cuꝰ muri tūc vocales fuerūt effecti: cū ibi apollo operā ad murū edificandū alcathoo prestiturus auratā depositi lyram. nā lyre sonus in parietes trāfiuit.

Inter vtrūq; volat dubijs victoria pennis
Regia turris erat vocalibus addita muris.
In quibus auratam proles latonia fertur
Deposuisse lyram. saxo sonus eius inhesit.
Sepe illuc solita est ascendere filia Nisi.
Et petere exiguo resonātia saxa lapillo.
Tunc cum pax esset. bello quoq; sepe solebat
Spectare ex illa rigidi certamina martis.
Jāq; mora belli procerū quoq; nomina norat.
Armaq; equosq; habitusq; cydoneasq; pharetras
Nouerat ante alios faciem ducis europei
Plus etiam q̄ nosse sat est. hac iudice minos
Seu caput abdiderat cristata casside pennis
In galea formosus erat. seu sumpserat ere
Fulgentē clypeum. clypeum sumpsisse decebat.
Torserat adductus hastilia lenta lacertis
Laudabat virgo iunctam cum viribus artem.
Impositis calamis patulos sinuauerat arcus
Sic phebum sumptis iurabat stare sagittis.
Cum vero faciem dēpto nudauerat ere
Purpureusq; albi stratis insignia pictis
Terga p̄mebat equi. spumātiaq; ora regebat
Vix sua. vix sane virgo nisia compos
Mentis erat. felix iaculū. quod tangeret ille.
Queq; manu premeret felicia frena vocabat.
Impetus est illi. liceat modo ferre per agmen
Candida dictei spectās tentoria regis.
Leter ait. doleam ne geri lachrymabile bellu;
In dubio est. doleo q̄ minos hostis amāti est
Sed nisi bella forent. nunq̄ mihi cognitus esset
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obside me comitem. me pacis pignus haberet.
Si que te peperit talis pulcherrime regnm
Qualis et ipse fuit. merito deus arsit in illa.
O ego ter felix. si pennis lapsa per auras
Gnosiaci possem castris insistere regis.
Fassaq; me flāmasq; meas. qua dote rogarem

Si quis nāq; calculo feriat. haud aliter insonat: vt Pausanias scribit: q̄ cithara pulsata. Vocalibus. resonātibus: vocem reddētibus. Proles latonia apollo. Petere. petere. Mora belli. diurnitate belli. procerum ducū. Cydoneas. cretenses. cydonia em̄ vbs est crete: que prius apollonia fuit vocata: a cydone apollinis t acalidis filio minois cognominata. Ducis europei minois iouis t europe filij. nā ex europa iuppiter tres liberos suscepit vt scribit Dio. minoen. rhadamantū sarpedonē. Plus etiā q̄ nosse sat est. nā eum etiā amabat. Abdiderat occultauerat. texerat. Cristata casside. galea cristis ornata, est enim nomen participio simile. Torserat iaculatus fuerat. nā torquere est cū impetu iacere etiā tormēta dicta sunt instrumenta bellica. quibus lapides iaciuntur. Adductis lacertis. retroductis. morem autē exprimit iaculantiū qui brachia reducere solent. Sinuauerat. curuauerat contraxerat. Dēpto ere. depositā galea. Purpureus. purpuraꝰ. Stratis pictis ephipij variorū. Terga premebat equi. eq̄ tabat. eleganter autē virginis amore capte mores ỹ hac effingit poeta. Vix sua Gnosis hoc est vix in sua erat potestate. Liceat modo. possit gnosia castra. cretensia. gnosus em̄ vbs est crete. recludere. aperire. Eratas portas. ere t ferro munitas t tectas. Dictei regis. cretēsis. nā dicte mōs est crete. vñ dicteus declinatur. Leter ait doleā ne. cogitationes scille minois amore capte tā aperte a poeta describuntur: vt nullam fere exigant enarrationes. In dubio est mihi subaudiatur. dubitat em̄ scilla vtrum potius letari bello aduersus patrē sumpto an dolere debeat. Sed nisi bella forent colligit sibi potius letandus esse bello q̄ dolendū scilla: nisi enim bellū fuisset: nunq̄ minoen cognouisset. Me ob fide accepta. obsides dicunt qui in federibus imperio alterius ea cōditione traditur: vt si dator obsidis a fide recedat. recipientis sit ius in corpus t vitā illius qui obses traditus est. Si que reperit. europa. Merito deus arsit in illa. hoc est merito iuppiter illā amauit. Ter felix. pfecto beata. ternarius enim numerus est pfectus. Qua dote. quo precio. Fassaq; me. ordo est et sensus. et si minos vellet a me emi et haberi t obtineri ea dote qua ego confessa me filiam esse nisi regis et amores meos rogarem ipsum mihi dari. sc autem omnia minoi tradituram scilla ait preterq̄ patris regnum.

Tantum patrias ne poſceret arces. tan/
tũ inquit rogarẽ ne patris regnum in do
tem poſtularet. de proditione autem iaꝫ
incipit cogitare. Sperata cubilia. ſpera/
ti concubitus: qui in lectis ⁊ cubilib⁹ fiũt.
Quãuis ſepe vtile vinci. labaſcit ſcilla: ac
de prodẽdo hoſtibus patre ratiocinatur
Pro nato. pro filio androgeo. ⁊ cauſaꝙ
valet iuſtiorem cauſaꝫ fouet. Reſeret. ape
riat. Immitẽ haſtam hypallage eſt. nã im
mitis intelligitur. cepta placent. conſilia
ſubaudiantur. ſtat ſententia placet firma
ꝙ ac cõſtans eſt ſententia. Dotalem pa/
triam. in dotẽ patriã minoi prodere: vt
me accipiat ſecũꝙ auehat. Aditꝰ portarũ
ingreſſus. Cuſtodia. cuſtodum turba.
Clauſtra portarũ. claues portarum vi/
dis. Mea vota meã cupiditatẽ. Morat
remoratur. Sibi quiſꝙ pfecto eſt deus
adeo impia eſt ſcilla⁹ amore cecaꝫ vt deos
eſſe neget. vnũquemꝙ autem ſibi deum
eſſe ac idcirco nullo deorum opus eſſe au
xilio: cum vnuſquiſꝙ id a ſeipſo petere
poſſit. Ignauis precibus ignauorũꝫ qui
ſunt puſillanimes. Succenſa inflamma/
ta. Tanto cupidine. tam magno amore.
Perdere e medio tollere. Eccur vlla fo
ret. eſſe debeat. ſeipſum autem reprehen
dit ſcilla ꝙ aliqua ſe audaciꝰ iueniatur.
Nec in hoc tamen ignibus vllis. a facilli
argumentatur ſcilla. Heu facinus. excla/
matio cum quodã poete dolore in ſcille
impietatem que ſuſtinuerit patrẽ illo cri
ne fraudari: in quo regni fatum ꝓtinebaꝫ
Fatali crine in quo vrbis fata continebã
tur. Spoliũ ſceleris. crinem purpureum
quo ſcelerate nimium patrem ſpoliarat.
Progreſſa. egreſſa. Meriti. bñficij quo
minoen proſequebatur. eſt autem parẽ/
theſis acclamationem admirationis ple
nam continens. Pauentes nouitate rei
ſtupeſcentem. Seuaſit. amor facinus in
amorem ſcilla crimen refert. Scilla niſi fi
lia ſubaudiatur. preceptum eſt enim vt ge
nitiui nominibus propꝛijs hominum iun
cti ad patres maritos ve referantur: vt
apud Vergi. Hectoris andromache et hꝰ
loco ſcilla niſi. Illic enim vroꝛ hic filia in
telligitur. Patrium caput. paternam vi
tã. ab illo nãꝙ crine fata niſi pendebant.

Vellet emi. tantum patrias ne poſceret arces
Nam peream potius ſperata cubilia. cꝫ ſim
Proditione potens. quãuis ſepe vtile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis
Juſta gerit certe pro nato bella perempto
Et cauſaꝙ valet. cauſamꝙ tuentibus armis
Ut puto vincemur. qui ſi manet exitus vrbem.
Cur ſuus hec illi referet mea menia mauors.
Et noſter amor melius ſine cede morabꝙ
Impenſaꝙ ſui poteris ſuperare cruoris
Nam metuo certe. ne quis tua pectora minos
Vulneret imprudẽs quis enim tã durus. vt in te
Dirigere immitem non inſcius audeat haſtam
Cepta placent. ⁊ ſtat ſententia tradere mecum.
Dotalem patriam. finemꝙ imponere bello
Verum velle parum eſt. aditus cuſtodia ſeruat.
Clauſtraꝙ portarum genitor tenet hunc ego ſolum
Infelix timeo. ſolus mea vota morarur
Diſ facerent ſine patre forem. ſibi quiſꝙ profecto
Eſt deus. ignauis precibus fortuna repugnat
Altera iam dudum ſuccenſa cupidine tanto
Perdere gauderet. quodcũꝙ obſtaret amori
Eccur vlla foret me fortiorꝛire per ignes
Et gladios auſim. nec in hoc tamen ignibus vllis
Aut gladijs opus eſt. opus eſt mihi crine paterno
Ille mihi eſt auro pretioſior. illa beatam
Purpura me: votiꝙ mei factura potentem
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit. tenebriſꝙ audacia creuit
Prima quies aderat. qua curis feſſa diurnis
Pectora ſomnꝰ hꝫ thalamos taciturna paternos
Intrat. ⁊ heu facinus fatali nata parentem
Crine ſuum ſpoliat. predaꝙ potita nefanda
Fert ſecum ſpolium ſceleris. progreſſaꝙ porta
Per medios hoſtes meriti fiducia tanta eſt
Peruenit ad regẽ. quem ſic affata pauentẽ eſt
Suaſit amor facinus. proles ego regia niſi
Scilla tibi trado patriamꝙ. meoſꝙ penates
Premia nulla peto. niſi te cape pignus amoris
Purpureũ crinẽ nec me nunc tradere crinem
Sed patrio tibi crede caput. ſceleratadꝙ dextra

Munera porrexit:minos porrecta refugit
Turbatusq; noui respondit imagine facti
Dij te summoueāt o nostri infamia secli
Orbe suo:tellusq; tibi pontusq; negetur
Certe ego non patiar iouis incunabula cretes
Qui meus est orbis:tantum contingere monstrum
Dixit.t vt leges captis iustissimus autor
Hostibus imposuit.classis retinacula solui
Iussit.t eratis impleri remige puppēs.
Scilla freto postq; deductas nare carinas:
Nec prestare ducem sceleris sibi premia vidit
Consumptis precibus violentam transit in iram
Intendensq; manus passis furibunda capillis
Quo fugis exclamat meritorum autore relicta
O patrie prelate mee.prelate parenti.
Quo fugis immitis.cuius victoria nostrum
Et scelus t meritū est.nec te data munera.nec te
Noster amor mouit.nec q; spes omnis in vnum
Te mea congesta est.nam quo deserta reuertar.
In patriam.superata iacet.sed finge manere.
Proditione mea clausa est mihi patris ad ora
Que tibi donaui.ciues odere merentem
Finitimi exemplum metuunt.obstruximus orbem
Terrarum nobis vt crete sola pateret.
Hanc quoq; si prohibes.t nos ingrate relinquas
Non genitrix europa tibi est.sed inhospita syrtis
Armenieve tigres:austroq; agitata caribdis
Nec ioue tu natus.nec mater imagine tauri
Lusa tua est.generis falsa est ea fabula verum
Et ferus t captus nullius amore iuuence
Qui te progenuit.taurus fuit.exige penas
Mise pater gaudere malis modo prodita nostris.
Obrenia nam fateor merui.et sum digna perire
Sed tamen ex illis aliquis.quos impia lesi
Oe perimat.cur que vicisti crimine nostro
Insequeris crimen.scelus hoc patrieq; patriq;
Officium tibi sit.te vero coniuge digna est.
Que torum ligno decepit adultera taurum
Discordemq; vtero fetū tulit.ecquid ad aures
Peruenium mea dicta tuas.an inania venti
Verba ferunt idēq; tuas ingrate carinas.

Minos porrecta refugit. minos tanta fuisse iusticia apud superos fertur:vt apō inferos iudex fuerit constitutus pulchre igitur decorecq; fuat poeta quo vbiq; minoē iustum esse ostendit. Dij te summoueant penāt supplicius quo olim parricide afficiebant Scille minos imprecat: in corio nanq; insuebātur cum simia gallo t serpente:ac in mare fluuiumve proiciebātur ne aut celum aspicere:aut in terra aq; ve quiescere possent:vt ad legem pōpeiā scribunt iurisconsulti. Summoueant repellant. Incunabula iouis vbi nutritus educatusq; fuit iuppiter. Incunabula nanq; dicunt lectuli i quibus infantes quiescūt. Creten. crete insula est maxima altero latere ad austrum altero ad septētrionēversa inter ortū occasumq; porrigit. centum olim vrbibus clara. vnde hecatompolis a grecis fuit appellata. Vergi. Creta Creta. iouis magni medio iacet insula pōtho. mōs ideus vbi t gentis cunabula nostre. Centum vrbes habitāt magnas vberrima regna. Dicta est aūt creta:vel a crete iouis et idee nymphe filio vel a crete vna hesperidum. Mō solū aūt creta:sed alijs quoq; noibus fuit appellata. Mā t aeria t idea et clitonia t curetis t macara: hoc est felix perhibetur cognominata. Qui meus est orbis tam ampla est crete insula:vt merito orbis possit appellari. Tantum monstrum:que cōtra naturam fiunt: monstra vocantur Patrem aūt prodi a filia maxime cōtra naturam esse videt. Classis retinacula. que ore dicuntur. passis capillis. sparsis. dissolutis. Et scelus. q; prodidit patrem. Et meritū quia victorem efficit minoē. Congesta. Collata. Nec quo deserta reuertar. Elegans figura qua et rogat t sibi ipsa respōdet scilla. Colligit autem nihil sibi loci esse relictū. quo reuerti possit. Patris ad ora. Que tibi donaui. reuertar ne inquit scilla in cōspectum patris cuius vitā t fortunas tibi dono dedi. Finitimi exemplū metuūt. Vicini inquit timent. ne mei exemplo filie sue parētes prodant. Obstruximꝰ clausimus. Exige penas sume penas. Officius beneficium. Te vo cōiuge digna est. pasiphae minois vxor tauri amore capta opera dedali in ligznea vacca inclusa cum eo coire sustinuit. ex quo concubitu minotaurus est natus: qui partim minoē partim taurū repsentabat. Torum taurū terribilem aspectu. Ligno linea vacca forma. Discordem fetum. differentē partū. nam vir t taurus vi debatur minotaurus. Ecquid ad aures. an ne inquit meaverba audis. dubitat cū scilla an verba sua ad aures minois perueniāt. Ecquid aūt ptcula est interrogatiua affectui et indignationi seruiens.

Jamiam pasiphaen.anadiplosis ⁊ cõduplicatio indignãti maxime cõueniẽs. Properare iuuat.me in quit delectat festinare.in volucrẽ nãq; cõuertebat. Diuulsa.discussa percussa. Hea terra recedit.recedere videt nauib⁹ abeũtibus.hoc aũt ex opinione vulgari ẽ dictũ. Jnfilit vndis. in vndas salit ⁊ aq̃s. Halietus. Comes inuidiosa.in minoẽ maximã cõcitans inuidiã. Halietus.species est aquile clarissime oculorum acie.vt Pli.scribit.libr̃as ex alto sese: visoq; i mari pisce p̃ceps in eũ ruẽs ⁊ discul

Ciris. pectore aquis rapiens. Ciris apo tu lzeirein.hoc est a tondẽdo fuit appellata. Que aũt de niso ⁊ scilla ⁊ vrbis captiuitate a poeta memorant megarẽses: vt pausanias scribit: verasuisse negãt. Molũt eñ ijs assentiri qui vrbẽ suã niso regnãte captam fuisse aiunt. Hs megareñ nisi generum in regnũ succesisse ⁊ deinceps alchatoũ megaret filiũ asserũt. Videt quidẽ alchatous eo tpe ex elide venisse inq̃t quo nisus mortu⁹ est. Megarensiũ reb⁹ afflictis cuius rei argumentũ est ꝙ statis murum edificauit: qõ vetus iam dirut⁹ esset a cretensib⁹. Vota ioui minos. descriptu

Minos rus poeta quẽadmodum ariadne corona in sydus fuit ꝓuersa: breuiter cõmemorat ea que de minotauri cede ferunt. Minos eñ victor hoc tributo atheniẽses pressit vt nono quoq; anno quattuordecim nobilium liberi: hoc est septẽ pueri: ac totidez virgines sorte ducti mitterẽtur in cretam

Theseus. minotauro obiciendi. Theseus igit egei

Ariadne regis filius cũ sors ad eũ peruenisset: si cretam missus ariadne minois regis filie amore illius capte auxilio seruat⁹ est. nam

Labirith⁹ quomodo ⁊ minotaurũ interficeret monstrauit ⁊ filo ad ianuã fixo: e labyrintho a dedalo extructo quomodo egrederetur ostendit. Quare occiso minotauro ariadnem vna cum phedra sorore abducens in diam insulã primũ enauigauit vbi ab ingrato ariadna relicta cuz se desertã queretur: opemq; deoz̃ inuocaret. Libero patri ita placuit vt eam sibi despõsarit: ⁊ vt eterna illi⁹ amoris vestigia essent: eius coronam in celũ miserit cui⁹ gẽme in stellas cõuerse sydus corone simillimũ effecerũt. Taurum centũ. hecatõben significat: qõ erat centũ boum sacrificiũ. Curetida terram. cretensem. naz curetes antiquissimi crete populi fuerũt. vnde curetes creta fuit

Pasiphe. cognominata. Opprobriũ. dedecus minotaurus. nam pasiphe cretes ⁊ solis filia ac minois vxor veneris impulsu in tauri amorem incidit. cui cum dedali opera se suppositisset Minotaurum peperit: qui partim minoi partim tauro similis erat. qua ex re facile pasiphes matris: adulterium fuit deprehensum: vt aũt scribit diodorus ferunt minoem singulis quibusq; ãnis solitũ fuisse thaurũ oz̃ speciosissimũ neptuno sacrificare. Cũ aũt ei foret taur⁹ forma prestãtissimus: alium multo inferiorem sacrificauit. quare iratus minoi neptunus pasiphe vxori illius thauri amorem iniecit. Cecis. occultis. Dedalus ingenio. Dedalus: vt narrat Diodorus genere athenienssis: ex his vnus qui erechthide vocantur: adeo preclarus fuit architectus: vt et opera quedam miranda effecerit: et statuas que aspicere ambulareq; et spirare videbantur effinxerit: adeo nanq; compositio membrorum apta erat et suis partibus perfecta vt omnes in admirationez alliceret.

Jamiam pasiphaen non est mirabile taurum
Preposuisse tibi: plus tu feritatis habebas
Me miserã: properare iuuat. diuulsaq; remis
Unda sonat. mecumq; simul mea terra recidit
Mil agis o frustra meritorum oblite meorum
Jnsequar inuitum: puppimq; amplexa recuruam
Per freta longa trahar vix dixerat: insilit vndis
Consequiturq; rates faciente cupidine vires:
Enosiaceq; heret comes inuidiosa carine:
Quam pater vt vidit. nam iam pẽdebat in auras
Et modo factus auis fuluis halietus in alis.
Jbat vt herentem rostro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimisit ⁊ ora cadẽtem
Sustinuisse leuis. ne tangeret equora. visa est
Pluma fuit. plumis in auem mutata vocatus
Ciris. ⁊ a tonso est hoc nomen adepta capillo.

¶ Fabule. ij. libri. vij. argumentũ. Lactãtius.

¶ Minos victor cũ atheniẽsib⁹ stipendiũ imposuisset ⁊ nobiliũ liberi quotãnis ad labirynthuz a dedalo factũ mitterẽtur q̃ minotauro obiicerẽtur: quẽ pasiphe solis filia minois vxor eiusdẽ dedali fabri ope iũcta tauro enixa fuerat. Tertio stipendio Theseus egei ⁊ Aethre filij in insulã Cretã deuectus Ariadne Minois ⁊ pasiphes filie q̃ pulchritudie eius exarserat amore periculũ capitis effugit. Digrediẽs itaq; Athenas cũ virgine adducta vt diã insulã ꝓtingit liberũ patrẽ habuit i malis desertã eñ a Theseo sibi copulauit deus memoria vt amoris existeret: corona i noie eiꝰ iter sydera ẽ.

Vota ioui minos taurorũ sanguine centum
Soluit vt egressus ratibus curetida terram
Contigit. ⁊ spolijs decorata est regia fixis.
Creuerat opprobrium generis. fedũq; patebat
Matris adulterium monstri nouitate biformis
Destinat hunc minos thalami remouere pudorem
Multipliciq; domo cecis includere tectis.
Dedalus ingenio fabre celeberrimus artis

Ponit.extrusit.edificant.notas signa q̃bus loca facile discernunt. Meãdros fluuius est phrygie cui (q; sepenũero in se redire videt) simile ait labyrinthũ fuisse ad mare versus apertũ. interdũ inq̃t ad fontes ꝯsus redire. interdũ ad mare spaciosus versus fluere videt. meãdrus. Versus añt q̃uis participiũ pleriscz videat: hoc loco ꝓpositio est: q̃ eleganter cũ ad t in ꝓpositionibus cõnectit: vt ad fontẽ ꝯsus mihi re in animo est. Acteo sanguine. athenienſi. Tertia sors. sorte eĩ ducebant qui mittreni erãt. Tunc añt theseus suis educt?. Annis nouenis post nouẽ ãnos. Utcz ope ꝯginea. post eacꝫ inquit auxilio ꝯginis ariadnes e labirynto theseus est egressus nauẽ cõscendit. Nullis iterata priorũ. ad quã nemo prioz vnq̃ redire potuit. Rapta minoide ariadna minois filia abducta. Dia insula est dia vna ex cycladibus: haud longe distans a creta areadne t bacchi amoribus clarissima: quã t naxon: t strongilẽ t dionisiada a vinearũ fertilitate t ficliã minorem t callipolim appellatã fuisse Plin? scribit. Oulte quoꝫ vibes die fuerũt vocitate. Est eĩ dia vibs thessalie ab eaco edificata. é thracie altera iuxta athon mõtem tertia est euboee. quarta est insula cũ vibe peloponeso adiacens. quinta est lusitanie. sexta italie iuxta alpes. septima scythie. octaua carie. nona bithynie iuxta põtum. Dian versus. siue ad ꝓpositiones siue potius vtreq̃ subintelligãtur. Desistit. dereliquit. Sumptã de fronte coronã illa corona ỏr a vulcano facta ex auro t in dicis gẽmis ꝑ quas theseus existimat de tenebris labyrinthi ad lucẽ venisse: qõ aurum et gẽme in obscuro fulgorẽ luminis efficiebant. Hãc autẽ coronã: vt ait hyginius: quo tpe Bacchus ad minoa venit ariadne muneri dedit: que delectata stupri cõditionẽ nõ recusauit. Sed alie quoq̃ sunt priscorũ de hac corona opiniones In nitidos ignes. in stellas splendẽtes. Specie corone figura. nã illud sydus qõ est inter engonasi et ophiucon ob similitudinẽ corona vocat. Qui medius nixi genu corone sydus mediũ esse ait. Ceius qui sydus engonasi a grecis vocatur hoc est in genibus: et eius qui vocat ophiucos. sanguẽ tenens. Nixiq̃ genu de hoc varie sunt antiquorũ opiniones. nã eratosthenes illũ herculẽ esse ait paratũ ad decertandũ. sinistra manu pellẽ leonis: dextra clauã tenentẽ. Conat nãq̃ interficere draconem hesperidũ custodẽ: qui nunc oculos operuisse sõno coactus existimat quomagis custos esse demõstrat. Horũ igit pugnã iuppiter admirat? inter astra cõstituit. habet eĩ draco caput erectũ. hercules ãt dextro genu nixus sinistro pede plato capitis ei? dextrã partẽ opprimere conat: dextra manu sublata vt feriẽs. sinistra ỏo iecta cũ pelle leonis: vt is cũ maxie dimicãs appareat Qui plura de hoc videre cupit Hyginiũ legat: varias opiniões referẽt. Anguẽq̃ tenẽtis ophiuchi ẽ interpratio q̃ anguitenẽs a nr̃is vocat tenẽs manib? anguẽ mediũ corp? ei? iplicantẽ. hũc alĩ phorbãta triope filiũ. alĩ esculapiũ. alĩ glaucũ minois filiũ q̃ esculapij opa ỏr reuixisse: esse aiũt Anguẽ ỏo hac de cã tenere ỏr cũ glaucũ sanare cogeret ꝯclusus quodã loco secreto: baculũ tenẽs manu cũ qd ageret cogitaret ỏr ãguis ad baculũ ei? arrepisse: quẽ esculapi? mẽte cõmot? interfecit baculo fugiẽte sepi? feriẽs. Postea ferũt alter anguis eodẽ venisse ore ferẽs herbã t in caput ei? iposuisse. quo facto ilico fugisse: q̃re esculapiũ vsũ eadẽ herba glaucũ advitã reuocasse. Itaq; anguis t in esculapĩ tutela t in astris ỏr collocat?: q̃ cõsuetudine ducti reliqui medici ãguib? vtuntur.

Ponit opus. turbatcz notas. et limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum
Nec secus ac liquidis phrygius meãdros in vndis
Ludit. t ambiguo lapsu refluitcz fluitcz
Occurrensq̃ sibi venturas aspicit vndas
Et nunc ad fontes. nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas. ita dedalus implet
Innumeras errore vias. vixcz ipse reuerti
Ad limen potuit tanta est fallacia tecti.
Quo postcz geminam tauri iuuenisq3 figuram
Clausit. et acteo bis pastum sanguine monstrum
Tertia sors annis domuit repetita nouenis
Utq3 ope virginea nullis iterata priorum
Janua difficilis filo est inuenta relicto.
Protinus egides rapta minoide diam
Vela dedit comitemq3 suã crudelis in illo
Littore destituit. deserte t multa querenti
Amplexusq3 t opem liber tulit. vtq3 parenti
Sidere clara foret. sumptam de frõte coronam
Immisit celo. tenues volat illa per auras.
Dũq3 volant. gemme nitidos vertuntur in ignes
Consistuntq3 loco specie remanente corone
Quin medius nixiq3 genu est anguẽcz tenentis.

Corona tu

¶ Fabule. in libri octaui argumenti. Lactantius Dedalus cupalami filiꝰ supradict? cũ ꝓpter ꝓmissa minoen a quo clausus tenebat fugere vellet pẽnas sibi t filio Icaro aptauit qb? vt volucres ꝑfugerẽt regis iperiũ. Quoꝫ Icarus q; ꝓceptis parentis obtẽperare nequiuit: in insula maris decidit q̃ ei? noie icarea dicta est. Dedalus añt in Sicilia ad Localũ regẽ sepulto filio ꝑfugit cuius casũ Perdix catati filꝰ athenienſis ꝑ gaudio tulit. Nã dũ is cũ a mre ꝓpter cognationẽ dat? esset in disciplinã: q; ꝓmus sere inuentor fuerat: ob inuidiã ingenij ex muro a dedalo ꝓcipitat? est cui in malis minerua decidẽti opẽ tulit añ eĩ cz terrã ꝓtingeret ab ea in volucrẽ est ỏsus: q̃ a noie ei? perdix vocatur.

